

## SECTIO NONA

## DE OLEIS.



LEVM MVLTIS fit modis: nunc expreſſione, nunc impressione, cūm materiæ in ipſo maceratæ, incoctæ, qualitatem suam & vires in ipſo relinquunt: nunc resolutione, cūm materiæ heterogenes in corpore conclusæ, & veſtimenta concretæ, vi caloris ſeparantur operâ pre-  
cipue chymistarum, de quo genere quantum licet, agemus:  
plura aut em si audire cupis, chymistas præceptores tibi ad-  
hibe, & cum illis versare. Primum autem dicam oleorum, quæ  
per expreſſionem fiunt, naturam & facultatem, ac extrahen-  
di modū, poſteā de cæteris, si per Dei gratiā mihi vita dabitur.

Inter admouenda medicamenta compoſta, simpliciſſi-  
mum & vſu frequentiſſimum eſt oleum ſimplex & com-  
poſitum, ex eoque & alijs quibusdam ferè reliqua con-  
ſtant vnguentā, cerata, emplaſtra. Primum itaque de oleis  
dicere ſtai, poſteā de vnguentis natura, conſiſtentia, &  
viribus tam propinquis, ut etiam hæc ſaþe olea vocentur,  
quæq[ue] mēliorē rēu uasīxivop[er]ū, vñ vāp[er]d[ic]iop[er]ū initio lib. 7. meth.  
quorum primum non multo poſt, & alibi oleum vocat, niſi  
melinum, id eſt, cydonium ſit vnguentum, & ſimul oleum,  
ut rosatum, & alia pleraque. Tertio loco de ceratis, quæ  
iam conſiſtentia duriore ſunt, & emplaſtris omnium du-  
riſiſimis proxima. Oleum maximè proprie ſuccus eſt pin-  
guis ex oliuis tritis expreſſus, vel immaturis, quod ompha-  
cinon ob id & omotribes, id eſt, acerbum & crudū eſt ap-  
pellatum idēmque refrigerans & adſtrigens eſt: vel  
maturis, quod oleum commune dicitur: ac vtrunque vel in-  
ſulſum eſt, vel ſalſum, & illotum vel lotum idque ad ſa-  
lem tollendum, vel vt fiat albius, vel morsus expers. Vtrū-  
que item vel recens eſt, vel antiquatum, & ex hoc vel il-  
lo agro: ut ſabino prope Romam laxat, tenue eſt, præfer-  
tim vetuſtum. Quæ olei communis diſſertatiæ diligenter

sunt obseruandæ, ut medicamentorum ex his compositio ins-  
tior fiat: nam facultatibus secundum has differentias mul-  
tum variant, ac composita quibus miscentur, plurimū im-  
mutant. Has igitur oleorum differentias, præsertim ompha-  
cinum & commune, recens & vetus, domi serua (nā insul-  
sum lotione cum libet, promptè reddideris) ut cum postulat  
v̄sus, medici opinionem nunquam fruſtreris. Oleum secun-  
do loco abusue succus est oleaginus & fluxilis, ex quibus-  
dam tritis, tum fructibus, tum seminibus, ut nucibus regijs,  
auellanis, moschatis, amygdalis v̄tris, nuce Indica, anacar-  
dis, balano myrepſica, nucleo persicorum, præcocium, ceraso-  
rum, prunorum, pistaciorum, strobylorum, napi, sinapis, can-  
nabis, lini, ricini, staphidos agricæ, cnici, citri, arancy, pomo-  
rum, pyrorum, cucumeris, cucurbitæ, melonis, citreoli, &  
alijs propè infinitis pingue in nucleo ipso vel semine eius  
medullam sortitis. De quorum quibusdam post agetur. Non  
enim sunt omnia hæc in v̄su. Huic generi proximum est bal-  
samelæon & petrelæon, ut post audies. Illa duo genera sunt  
simplicia, nec illis educendis ac exprimendis aliud misceri  
consuevit, praeterquam quod pauxillum aquæ quibusdam  
extrahendis miscetur, ut alijs oleum commune paucum. Est  
his affine genus tertium, quod est humor quidam oleaginus  
ignis vehementia extractus: humido etiam substantifico  
ſæpe mixtus, idq; opera chymistarum inuentum, ſive id oleum  
in capitellum ſursum tollant, ſive in vas ſubiectum mox de-  
fluat: quale ex liquoribus, ſuccis multis, gummis, resinis,  
cera, melle, lignis resinosis permultis educitur. Quartum  
genus oleorum est omnino compositum ex simplicibus in  
oleo communi vel alio maceratis, insolatis, incoctis: quod  
genus quia latissime patet, de eo nobis pluribus est agen-  
dum, non modo propter huius multitudinem, sed variam  
quoque in multis componendi rationem, quæ est propemo-  
dum

dum vnicā cuique predicatorum generum. Addē quod oleum philosophorum, & alia quedam mista sunt, et inter tūm simul & quartum genus incidentur. De primo genere tanquam omnibus perspicuo nihil dicemus: de tertio paucā quedam hodie consueta: de secundo et quarto dicendum nobis est, quantum rei propositae scopus exigit.

DE OLEORVM GENERE  
RE SECUNDО.

**O**leum ex amygdalis dulcibus, asperitatem gutturis, pulmonis, & partium cæterarum etiam externarum lenit: duritiēmque omnem ac siccitatem iuncturarum, & partium aliarū emendat: ob id impinguat, hecticis confert, semē quoque auget, ardorique vulvæ & vrinæ iniectum commodat. Fit autem hoc modo: Amygdalæ dulces cortice lignoso, & cute membranosa purgatæ, plurimum teruntur, in offas coguntur: horis circiter quinque loco calido continentur, vel in vase dupli hora vna coquuntur, aut sub calente arena, aut cinere, sacculo inuolutæ & panris, aliquandiu fonsentur. Postea rursus teruntur, & sacculo conclusæ torculari exprimuntur: vel tritæ amygdalæ in vase quomodo maza subiguntur in aëre calido, paucâ calidâ identidem affusa. Hisq; modis oleum expressum largius torculari, quod assere inferno sit cauato & declini versus emissariū: superno autem pro cauitatis magnitudine & forma gibboso, ut vndique ceu sigillo quodā amygdalæ æ qualiter exprimantur.

*Id oleum ex amygdalis dulcibus iure optimo primum omnium à Mesue describitur, quod sit tam alimentum (nuntrum enim solis dulcibus libro 4. simpli. cap. 9) quam medicamentum ad multa efficax blandissimum, usū frequenter consuetissimum, gratissimum, & velut quidam typus aliorum oleorum generis eiusdem. Ab eo igitur tanquam notissimo & utilissimo rectissime incepit. Asperitas gutturis & pulmonis vna est insita, & ex partis essentia profecta, bruchys enim, quæ sigmoides sunt cartilagines, constat tota hæc arteria, vnde τραχία, id est, aspera cognoscuntur.*

minatur, Græcis eam ab arteria lœui ita separantibus. Cum  
vero eadem intus sit lœuis admodum, sanis hominibus ob  
membranæ cartilagines illas et ipsarum ligamenta virra-  
que integentis naturam: interdum aspera fit ac inæqualis,  
sive rugosafiat ob siccitatem, sive eius superficiei humor ali-  
quis largior quam pro ipsius natura insideas, et ibi inæqua-  
liter affigatur & siccetur, unde tuſa, raucitas, & sape  
etiam spirandi magna difficultas, interdū a grè curabilis:  
præsertim dum ut cucumæ terreū excrementum accreuit,  
& œnophoro fordes crassa, sic ei pituita tādem agnata tena-  
cius inhæsit. Hanc autem secundam asperitatem, quæ sola  
est præter naturā: oleū amygd. dulcium. sanat. Nam humectat  
siccitatē, (ut oleum cōmune in ferro rubiginem omnium  
Lib. 6. simp. maximè emollit) & suo lentore siccationi nouæ multū resi-  
stit: prætereā inæqualitatē explet quomodo succus portulacæ  
glutinosus in hæmodia. sed paulatim id velut lambendo  
est deglutiendum, non affatim deuorādū, ut paulatim eius  
substantiæ portio in asperam arteriam deerret: non eam mo  
Lib. 2. & 3. dō quæ collo anteriore sita est: sed quæ eius portio ramosis  
sani. tuē. & propaginibus pulmonū substantiam totā, cum duobus alijs 20  
lib. 11. met. vasorum generibus intertexit, quas pulmonum nomine vi-  
detur Mesues intellexisse: quanvis pulmonū quoq; essentiam  
æquabilem magis & molle, mediocri lētore reddat, etiam  
citra nutritionem, quomodo pinguis frictio cutem, ob id re-  
èle addidit, corrigere asperitate partium aliarū etiam ex-  
ternarū. Nam hac in re oleo communi non fuerit inferius,  
mirum ni etiam superius, ob essentiæ tenuitatē, qua videtur  
commune oleum vincere. Ob quam, nō ob solam saporis gra-  
tiam, hodie & colicis, & nephriticis potui datur ad vnci.  
vnam, cum vini aromatiteos aut similis sescūcia, aut vncijs 30  
duabus: pleuritidi & alijs thoracis affectibus propè omni-  
bus illinitur, & collo vteri vel doleti, vel sicciori, quam vt  
exten-

extendi facile posſit, quantū fætui pariendo satis esse posſit. Quibus igitur cutis est asperior ob excrementorū ad eam expulſorum naturam, vel ob ſiccitatē, que atrophia, etati, viſcerum intemperie calidæ, & ſiccantū uſui ſuperuenit, his oleū id ſaluberrimū eſt. Quam eius facultatē doctæ mulieres, cutim hoc oleo erugant. Duritiémq; omnem emen dat. cum enim modicè digerat, quia temperatè calidum eſt, durum tensione ſeu repletione mollit, vacuaia per reſoluto- Durū et mol  
nem eius materiæ parte aliqua. Cum verò ſit moderate ca- le triplex,  
lidum, ut dixi, etiam durum concretione à frigido excitata lib. 5. simp.  
mollit, uifa & colliquata ea materia quam frigus coagu- cap. 3. 4.  
lauerat. Cum denique humectet etiam ſecundo gradu, ut etiam poſte a fuſius docebo, durū ſiccitate (quod maximè pro priè durū appellatur) mollit, ac humiditate delibutū traclabile reddit. Ob hec iuncturis podagricorū, & nobis arthriti- corū emolliendis ſalubriter illinitur. ſiccitatē partium ex atrophia, & iuncturarū etiam ex itinere multo aut labore alio, illitū corrigit etiam potentius, quam oleum commune: præterquam ſi quod eſſentiæ eſt admodū tenuis, quale Gal.  
20. Ubiue Sabinum prædicat. Adhibēdum verò cū frictione molli, aut mollis & duræ ut multæ & paucæ media, que poros rarefaciat, & corpus calidum reddat: ob id paratinus ad oleum id tenuandum & attrahendum: quod planè coriorum concinnatores declarant. Corium enim crenatis af- fulis, & falcatis malleis, & flamma rarefaciunt, mox oleo & adipe calido largiter imbuunt. Quod autem eam ſic- citatem ſumptum id oleum corrigit, planissimum eſt, quia alimentum eſt. Omne enim actū nutriens, corpus calfa- cit & humectat. Nec ſolum corpori humidum dat alimen- tum, ſed etiam mediocriter diurnum, ob mediocrem il- Libr. 3. ſepe.  
lum lentorem, qualis in cremore ptissanæ, & oleo commu- Lib. 7. simp.  
ni. Quæ enim cum lentore coniunctam habent eſſentiæ cras- aph. 18.  
lib. 2.

sitionem, ut suilla, diuturnius alimentum corpori exhibent, quām quae lenta sunt modicē simul essentiæ tenuioris. Impinguat vero non solum quia plenius nutrit, sed quia substantiam corpori tribuit parum igneam & aéream, quae multum habilis est per tunicas vasorum exhalare, & in adipem concrescere partium spermaticarum contactu. Rationes aliae & causæ obesitatis: huic afferri possunt ex lib. 6. sanit. tuenda: & lib. 14. meth. & libr. 2. temperamento-  
rum. Nec solum adipem gignere, sed etiam carnem, natum  
est id oleum, quia ob dulcedinem promptè ab hepate tra-  
bitur, & in sanguinem bonum mutatur, quo partes omnes  
abundè nutriantur. Hæc addidi, ne putas tantum corpus ex  
ternum impinguare, si illinatur. Nam id corpus ab alio est  
pingue, non propriè, & in sua essentia. Hæc licet & alter  
consumptis, hac de causa est saluberrimum. Cum enim his  
facultates omnes non sola naturales sint imbecillæ, male co-  
quunt, nisi alimentum coctu & distributu est facile: quale  
est id oleum ob essentiæ tenuitatem coqui paratiſſimum, &  
distribui. Quanquam distributionis celeritatem hepar in-  
tendat ob eius dulcedinem. Adde quod etiam alimentum 20  
dat corpori, quod aliquandiu furori febrilis in hæc calo-  
ris resistat, ut tremor ptissimæ. Ad hæc cum calore sit tem-  
peratum, omnem intemperiem corrigit & cum humi-  
dum sit ad secundum ordinem, hæc licet febribus est sa-  
luberrimum, non modo sumptum, sed etiam cum oleo vio-  
laceo mediocrem illum calorem obtundente, illitum spinæ.

Lib. 5. simp. Semen auget, ut omne alimentum modicē calidum & hu-  
e. 20. et 22. midum, præsertim si plenius alat: quæ omnia huic oleo inef-  
se antè ostendimus: & fortasse etiam semē promouebit, præ-  
sertim ex recentibus amygdaliorum fructuum recentium  
modo, semicocta humiditate abundantibus, quam ob crudi-  
tatem & lentorem esse nonnihil flatulentam, nihil miri  
est:

Lib. 1. feb.  
cap. 2.

est: sed flatuum vim exiguum facile frangit vinum aromatis, ne sumptum colicos dolores, aut nephriticos flatibus a se excitatis geminet. Ardore uteri & vesicae etiam hodie vulgus appellat, cum menses aut muliebre profluuium, aue urina, calore, frigore, acrimonia, morsūq; alio quoquis partes, quibus continetur, aut per quas vacuantur, lacerant, & tandem ulcerant, quam affectionem Gallorum vulgus eadem ratione coctionem vocat, sibique aliquam partem coquere ait cū materijs mordacibus, aut alia ulcerante causa 10 lacefitur. Tales affectus adsunt cacochymis mulieribus & viris ex putri puerita, & sape ex calculo, etiam ex pure ex arenulis, ex adusto in hepate & venis, vel renibus, lotio. Affectionē hāc oleū hoc tollit sumptū, sed imbecillius, quia in partibus quas permeat, alteratur, et multis alijs miscetur: potentius autem inieclum in uterū quidē: μητρὶ χότῃ in vesicam vero fistula ænea vel potius, ut nunc argentea, quam vulgus ob id σύγιρρα appellat. Lenit porro ardore hūc quatenus & ἐπικρασίᾳ est (quod multis alijs qualitate insigni carētibus, & alia vehemēte obtundetibus est cōmune) 20 Οὐ πλαστὸς, meatus ipsostanquā quodā teclorio illinens, ne corpus attingat humor ille mordax. Qua etiā causa in dy senterijs multū mordacibus & dolorificis, tremores & mucagines, et butyrū: et id genus alia glutinosa injicimus: sed etiam crassæ essentiæ potius, ne corruptantur facile. Quæ in capacitatē intestinorum promptō injiciuntur, in meatum viri urinarium ob angustiam & obliquitatem geminā, & viæ longitudinem (quæ iniectionis impetum frangit et frustratur) injici non possunt, cū etiam tenuia ægre injiciantur, nisi siphunculo in meatum altius immisso excipiuntur, & velut deducantur. Quod meatus latera in se concidunt, & à sphinctere arctius vndique constringitur, quo tempore urina non redditur. Ob id liquidissimū injicendum,

dum, & tepidum, & meatu vrinario per balneum, vel  
alium quendam fōrum dilatato, adiuuante, ut dixi, argen-  
tea vel ærea fistula prius meatui immissa. Medium inter  
hæc duo naturā collum vteri obtinet, si rectitudinem & ca-  
pacitatem intestini recti: obliquitatem vero & angustiam  
meatus vrinarij in viris spectas: nam meatus colli vteri,  
omnium trium est breuisimus. Quod si in meatū mulieris  
vrinarium eadem affectio inciderit, ratio eius eadē propè  
habenda est, que & vteri, nisi quod graciliore est opus tu-  
bo. Hæc vero de corruptis intelligenda sunt. Quando nec vir- 10  
gines his vitijs sunt obnoxiae, præsertim fluxui muliebri: nisi  
qua religioni monasticae addictæ ex vita sedentaria, &  
magna parte ociosa pituitam putrem, largam, huius mali  
causam frequentiorem collegerunt. Hæc de facultatibus olei  
amygdalarum dulciū dicenda putaui, ut tanquam iter in-  
dicarem ei, qui in cæteris eius medicamentis idem præstare  
voluerit: statuimus enim cætera leuiter, & velut canis è  
Nilo attingere, locosq; tantum indicare, ex quibus possit qui  
volet, rem ipsam pro dignitate interpretari. Depellat amy-  
gdalas, ut purius & sincerius sit oleum, & largius. Terit 20  
curiosè easdem, ut intus mersa humiditas promptius in  
apertum proferri possit: ut autem copiosius exprimatur, cal-  
facit. Nam ut vetustate nuces & nuclei omnes oleosi ma-  
gis à calore nativo percoeli euadunt, sic etiam ignis vel solis  
calore semicrudæ humiditatis coctio acceleratur: aut saltem  
eo calore tenuata, liquata, fluxilisq; magis redditæ, foras tra-  
cta oleosa humiditas promptius & largius exprimitur:  
quantoq; hic calor est valentior (modo oleum vrendo nō ab-  
sumat) tanto expeditius. Ob in vase duplice & sub calente  
arena, aut cinere hora una calefecisse satis est: in aëre autem 30  
calido, quinq; horis est opus. Porro calefiunt amygdalæ va-  
se duplice, impositæ scilicet postquam tritæ sunt vase vitreo,

in vase

in vas aliud aquam calentem continens insidenti: ne ignis  
aut aquæ contactu: & mistione oleum vitietur. Sacculo au-  
tem, vel stamine vulgari, & pannis innoluuntur, & eadē  
ratione: & ne his materijs amygdala confurcentur, etiam  
persacculi inanes poros facilè ob tenuitatem incidentibus.  
Sed in vase dupli calefecisse fuerit satius, quod hoc modo  
empyreuma, hoc est, vel ignis substantia, vel qualitas amy-  
gdalis minus misceri possit: & vitrum resudantē ex amy-  
gdalis calfaetis succū non ebibat, ut sacculus, panni, arena,  
cineres, bibula omnia. Adde quod possit tutius calore inten-  
dere in vase dupli, quam cineribus, aut arenis, calore sic-  
co magis vrentibus, & consumentibus. Postremo visu per  
vitru & aquam corpora diaphanea coniectare potes quan-  
do satis incaluerunt, & oleos & sunt redditæ: quod indicium  
conuolutis & sepultis in cinere, & arena, amygdalis ha-  
bere non potes, nisi recluseris. Neque tunc in offas velut pa-  
nes quosdam cogere oportet, sex mox à mortario, ut tritæ  
sunt, in vitrum transferuntur. In aëre autem calido mora  
longior non modo rufat purgatas, & tritas amygdalas, sed  
etiam odoris gratiam, & saporis nonnihil dissipat: nisi etiā  
vitreo vase per calidum aërem calente includantur: tunc  
enim præstantius fuerit: sed cū plerunque sit opus celeritate  
nechodie paretur potabile id oleum, nisi in affectum præ-  
sentem, & urgentem, tot horarum inducijs frui non licet.  
Multò minus aqua paulatim affusa largior hic succus &  
fluxilis magis est reddendus: cū hoc modo compositum sit,  
& verius hydrelæum, quam syncerum oleum. Ob id vase  
dupli calfaciendum potius est, quam igni ipso, quam aere,  
quam affusa calente aqua. Qui modus hodie magis in vase  
est, licet minus diu coquant, opinor ob præcipitem necessita-  
tis occasionem: qua etiam fit, ut amygdalas etiam non de-  
pellatas, sed electas, & recentes mox terant: deinde quartæ  
hora

hora, parte, aut etiam minus diu in vase duplice calfaciunt: post exprimunt, ex libra scilicet amygdalarum una vncia olei purissimi, aut sextantes tres, sive drach. sex. quod si magna recalfacias, vnciam alteram extrahes. sunt qui ut properent magis, tritas in sartagine frigunt, sed parcus & ingratius, tostamq; substantiam redolens oleum exprimit. Alij mola trusatili per candelarios exprimunt, sed ignobile, quale ex nucibus, lino spermato, & similibus. Exprimit autem Mesues torculari infernè cauo, supernè gibberoso, ut exquisitè & equaliter amygdalæ sacculo cannabino, vel 10 stamine vulgari concluso comprimentur: quomodo in articulis omnibus cavitas est, & ei equalis osis oppositi condylus, ut motio sit exquisita, non ob angustiam impedita, aut ob laxitatem incerta & errabunda. Cū tamen id torcular vndique amygdalis contiguum viā non det emananti oleo liberam, cavitatem totam occupante partim amygdalarum mole, partim gibba afferis superioris parte: mihi non admidum probatur. Rectius fuerit afferem supernū omnino aqualem & planum esse, & infernum: sed hunc ambitu circinato sensim cavari: ut in hunc velut canalem oleum vndiq; 20 diffuat, & inde ob infinitam gravitatem in emissariū parte declini maxime excavatum. Qualia sunt nobis vinaria torcularia. Quamuis hodie adhuc Mesuae torcular multis in usu esse video, etiam ex ferro albo infernam cavitatem imitantibus, cum vel clea exprimunt, vel capos & perdices assas, vel triticum virenstritum ad condimenta, vel alia. Torcularis tamen plani & caui meminit Mesues in oleo laurino. Utroque tamen torculari expeditum magis hodie est prelum libros colligatum: ob id usuiam frequentissimo: ligna enim sunt duo quadrata, ferè fagina, aut tiliacea, lon- 30 gitudine tricubitali, crassitiae palmi, in extremis cochlearum pertusa, transuersisper hos cochlearum velut capreolos, & cin-

& cincinno claviculis insertis, quæ ferro tortæ ligna illa  
dum adducunt, quod in medio est, valenter premunt: dum  
abducunt, compressa liberant. Amygdalas igitur probe tri-  
tas sacculo cannabino nouo, aut stamine vulgari calfacto in-  
nolutas, assicula etiam calfacta utrinque muniunt, post di-  
cto prelo tradunt, contrahunt prelum, & firmant, expri-  
muntq[ue] in vas subiectum oleum aere quantu[m] licet calidis-  
simu[m], ut prope ignem luculentum, velsi. Aestas est, in sole.  
Sacculo autem opus est, ne amygdala dissiliat, ac dissipent:  
10 quomodo dum prelo vinario solos vuarum acinos abieclis  
pediculis evulsos sunt pressuri, aut tela noua includunt, aut  
festulas lectatim intersternunt. Tela enim cannabina noua  
firmitate sili facile amygdalas cohibet, preliq[ue] violentia  
resistit, minusq[ue] est bibula, & adhuc hac miniss stamē vul-  
gare, ob pili caprini, quo contextur soliditatem. Utrunque  
autem cum sit rarum, per nexuum interualla oleo viam  
præbet, substantiae amygdalarum viam negat. Sunt qui  
horum loco etiam cilicio utuntur ex seta equina contexto,  
quod prædictis non cesserit, nisi quod propter panni huius  
20 crassitatem amygdala minis sentiunt vim preli, & oleum  
multum in magnis huius panni inanitatibus pigrū cessat.  
Prædicti verò panni tenues prelorum violentiam interci-  
piunt quidem sed non clidunt, ac per mediā breuius amy-  
gdalis recipi permittūt. Quod si depellare amygdalas libet,  
culcello potius, quam aqua vel calida, vel frigida effeceris,  
ne ob aquæ misione oleum largius, sed aquosius & ingra-  
tius reddat. Edde quod calida viriū aliquid dissipat. Non  
probo eos, qui frigido pelle adurunt, postea rudi sacculo con-  
fricant, & depellant, quod partim vrant, partim dissipent  
30 earū succū nobis expetitum. Ex his iam expressis, ma-  
gna in panē coactū sub cineribus coctū, panis loco esse possit.  
Quod autem oleum amygdalarum dulciū quotidie ven-  
dunt

dunt officinæ ad litus partium dolentium, fit ex integris amygdalis, & magna ex parte ob vetustatem magis oleofisis, ysq; mola trusatili, aut tractili contusis, & cilicio inclusis, & per candelarios expressis, cuneo Valentius adacto: quo etiam ex nucibus exprimunt. Ob id etiam oleū nucum redolet ab his expressum, oleum amygdal. dulciū & amarorum. Hæc de modo extrahendi oleum ex dulcibus amygdalis fusus sum persequutus, quod is sit, utilissimus, & huic oleo, & cuius alij ex nucleis, vel seminibus extrahendo: de quo postea paucis cum Mesue est agendum, si prius adiecerō huius olei cōpositionem parū diuersam Græcis autoribus fieri. Quæ exempla nobis in rem præsentem commodare non parū poterunt, & Mesuæ lucem non mediocrem conferre. Semodius ex amygdalis dulcibus vel amaris repurgatis & siccatis, pistillo ligneo in pila leniter tunditur in offas, & aquæ feruefactæ sextarius adjicitur: ubi verò hora dimidia humorem hauserit, vehementius quam antea tunditur: mox tabellis premitur, & quod digitis tergentibus hæserit, concha digitis affricata excipitur. Pressis nucibus his, rursus aquæ hemina inspergitur, quam 20 ubi ebiberint, similiter exprimuntur: singulas heminas reddunt singuli modij. Pistillo ligneo, non ferreo terendas obserua: in mortario autem æreo terimus interdum, & lapideo. Vides præterea aquam affundi, quæ succum illum liquidorem reddat & paratiorem ad exprimendum. Sed id imbecillus multò fuerit, etiam si postea oleum aquæ innatans colligas. Nā sic mislum est aquæ, ut ab ea omnino absoluī non queat, qualiter dum aquæ lauando oleum si immodecē agitatur, omnino misceri scribit Gale. Satiū fortasse fuerit, si largius oleum expetis, oleum cōmune tritis amygdalis miscere, quam aquam. Id quod in plerisq; parū oleaginis ob naturam vel siccitatē facere cogimur. Verboſius de oleo

de oleo amygdalarum dulcium egimus, non modo propter dictas prius causas, sed etiam quod eius componendi modus multis sequiturus est communis: & qui modi oleo amygdalarum amararum ab alijs traduntur, hos Mesues ferè oleo amygdalarum dulcium tribuit. Paulus enim amygdalarum vnc. duas in olei dulcis sextario uno ponit, & coquit in vase duplice, & Diſcor. sextarijs amygdalarum cocto addit cotylas duas aquæ, & semihoram dimittit: deinde attritione facta maiore, cotylam aquæ iterum misset, idque oleum ex amygdalis amaris scilicet utile Diſcoridi ad vteri dolores, præfocationes, euersiones, asthmatum, calculosos, agrè mecientes, nephriticos, adhibet: ut nos hodie ex dulcibus expressum, & recens potui damus in colico dolore & nephritico ad vnc. vnam, cū vncia vna semis, aut vncijs duabus vini albi.

**O**leum ex amygdalis amaris, obstructa aperit, fatus resolut & dissipat, etiam in aurium tinnitus, & tono auditū effidente obtusum: asperitates lenit, neruorum dolorem multet, duritiem mollit, panum facie delet. Extrahitur ut oleum ex amygdalis dulcibus præcedens.

Adhibet vero Diſcor. ad vteri affectus, dolorem, præfocationem, euersionem, & nephriticos, difficulter mecientes, calculosos asthmaticos, lienosos, rugas & cephelidas faciei, quas pani nomine interpres Mesue videtur intelligere: aut lentigines faciei, quas etiam idem oleum tergendo delet. Calidum igitur cum sit ad primum ordinem, ac humido & sicco temperatum, & amarum, nullam peculiarem habere facultatem videtur, sed amaris omnibus communem calfaciendi, incidendi, tenuandi, digerendi, potenter tergendi, nullum animal nutriendi, sed contra potius enecandi, præsertim lumbricos. Quibus facultatibus ea præstat, quæ ipsi Mesues rectissime tribuit. Nam tenuando & tergendo obſtructiones expedit, fatus vel in auribus frigidis natos,

Vel aliunde in ipsas ruentes, calore suo, & tenuandi vi ad digerendi dissipat, auditumque ab his flatibus per aures tinnientibus difficultem, meliorem reddit: asperitates vero leniter ergo humorem inaequalitatis causam. Nervosi generis frigidos affectus, & ab his dolores calore tenuante & digerente sanat, ac durum tensione mollit & concretione, minimum iuuat durum siccitate. Iisdem rationibus sumptum & inieictum frigidis uteri & aliarum partium affectibus prodest, tenuando quoque ac tergendo calculosis & asthmaticis, crassam pituitam incidendo, tenuando, tergendo: & si a sola intemperie frigida est asthma, calfaciendo mirè iuuat, linetum si recens est, & bonum, & thoraci illatum, praesertim toto corpore prius vacuato, si vacuatione egere videbitur.

**O**leum *λαχώνιον* id est, ex nucibus Regiis, flatus etiam crassos dissipat, tumores discutit, nervis attritis, vel punctis, praesertim cum calce lota confert, scabiem emarginat. Fit ut oleum amygdalinum.

Gale. lib. 7.  
simp.

oleosum quod parte vesca nucum praesertim vetustarum facile exprimitur, tenuum est partium: per halitum 20 digerit, siccatur sine morsu. Ob id neutrata, id est, nervorum puncturas & vulnera quadam eo sanant: gangrenas quoque, carbunculos, ægylas sunt qui eodem percurvant: quod vestis earum nucleus tribuit Dioscor. Si vero ex recentibus est nucibus expressum, etiam subadstringit, & semicoctæ humiditatis adhuc aliquid retinet, quæ in viridibus fructibus erat plurima. *Καρπίον* oleum vim habet eandem quam balaninon. Docte igitur & ex Galeni sententia scribit Menses flatus discutere calore, tenuitate essentiæ, vi resolutrice, id quod experientia quotidiana probamus in dolore colico a flatibus. Nam inieictum cum vino generoso, aut sumptum potenter flatus discutit, & dolore tensu liberat.

Diosc.

Ed.

Eadem ratione illitum, tumores discutit. Vi autem digerente & siccante sine morsu puncturas neruorum, & attritum, & scabiem sanat, id quod ut potentius praeslet, calcem lotam miscet, quae siccatur sine morsu, & digerit: & cum ambo tenuis sint essentiae, in vlcus totum permeat, non hæret in aditu modo adstringentium & emplasticorum, quæ facultates siccantes sine morsu, & digerentes, quantum profint puncto neruo docet Gal.lib.6.methodi, & libr.3.c. ph.g. & quo tempore utiles.

**O**leum ex auellanis nucibus, dolores neruorum & arthriticos sedat. Fit ut præcedentia.

Cum ~~de~~ <sup>ex</sup> tonique, id est, nux tenuis Pontica auellana & Prænestina quoque à locis ubi luxuriat dicta sit terra & magis & frigidæ substantiae, quam Regia: tamen nonnihil caloris habet quo resoluit, estque anodyna, & sua siccata substantia humoris arthritici portionem absunit. Ne credas Mesuæ interpreti hoc calidum secundo gradu affirmanti, caryinum autem primo, in quo siccum esse possit, hoc à substantia falsa & nitrofa, illud à terrea cruda. Addit Rasis in suo Antidotario contra venenum & morsus serpentum valere. Quam facultatem nucibus Regijs tribuunt Diosc. in nucibus, & Gal.li.de eucnymia & cacochymia. Bili quoq, utiliter in articularijs morbis addit Manard.

**O**leum ex chrysomelis, aurium, ani, hæmorrhoidū dolorem sedat, tumores prædictarum partium & vulnerū digerit: lingua & impedimentum corrigit.

Oleum ex nucleis malorum aureorum (quæ etiam Ar-  
meniaca & præcocia dicuntur, suntque generis persicorū) stinguit tam  
mordet, aperit, resoluit potentius quam oleum amygdala- men Gal. in  
rum amararum: ob id hæmorrhoidas siccas aperit, & va- coeciu ut acuatione facta dolorem lenit: præsertim quod ex eoru amylgalaru  
nucleo extrahitur. Nam ex dulci est imbecillus. Resolu- dulces qui-  
ta item materia in auribus, & alijs partibus tumefactis mare.  
Manar. Di-

collecta, mitescit dolor, modo fluxionis initium non sit, nec corpus ac caput plenum. Vulneribus autem præsertim magnis, aut in parte sensu exacto prædicta, ut neruo, superuenire tumores, & phlegmonas abundè docet Gal. lib. 6, me-  
Aph. 32. li. 6. tho. & lib. 3. c. ph. gene. & Aph. 2. lib. 5. Conuulsio ex vul-  
nere lethalis est. Lingua autem impedimentum τρώλωση, id est, balbutiem à multo humore natam, intelligere vide-  
tur Mesues, quam id oleum, & ortui neruorū septimæ con-  
iugationis linguam mouentium, & ipsis faucibus foris illi-  
tum, & ore retentum, incidit, tenuat, terget.

**O** Leum de persicis obstrunctiones aperit, aurium, & sedis ab hæmorrhoidibus dolores ac tumores sanat, vermes necat. Fit vt prædicta,

Oleum ex nucleis persicorum, quod amari sint, idem pollet quod oleum ex amygdalis amaris: facultate scilicet amaris omnibus communis præditum, calfaciendi, tenuandi, incidendi, digerendi. Quo fit vt amarorum omnium more tollat obstrunctiones venarum mesaraicarum, hepatis, lie-  
nis, renum sumptum, sed etiam admotum, ut nuclei ipsi esu vel potu ex vino sumpti. Aurium dolores omnes à mate-  
ria lenit ipsius per resolutionem vacuatione, quo scilicet tempore digerentibus utendum est, cum cessauit fluxio & corpus, atque adeò caput est purum. Si vero sint ab intemperie calida siccata dolores, per se exacerbant, contrarias in-  
temperaturas corrigit. Idem iudicium de sede ab hæ-  
morrhoidibus dolente, modo inflammatio, & ea incipiens, vel augescens, aut vigens non adsit. Rimis etiam sedis mederi docet Rasis in antidotario, & cephalalgiae: quam scilicet cause dictis similes excitarunt, quomodo oleum ex vrendis nucibus exudans rimas labiorum & manuum sanat. Tumores omnes digerit ubi fluxio con-  
stituit, nec adeò crassa, lenta, impacta est materia. Frigi-  
dos

*dos præsentius iuuat quām calidos. Amara omnia sumpta & admota lumbricos & vermes reliquos necare & educere totius substantiæ contrarietate demonstrat Galen. lib. 4. simpli. non solum quod nullum animal plane amaris nutriatur.*

**O**leum balaninum terget, expurgat, obstrœta liberat, *Oleum de*  
auri inieictum, tinnitus, surditati, dolori confert: strumas *ben.*  
hepatis, & lienis scirrum mollit, & digerit: affectibus frigidis  
neruorum & iuncturarum, spasmo, arthritidi medetur: alphos,  
10 lentigines, varos, maculas, cicatrices nigras, & reliqua cutis fœ  
dæ virtia corrigit: aluum potu soluit, sed stomacho aduersatur.  
Fit vt amygdalinum.

*Balanus myrepſica, id est, vnguentaria dicitur, quod vñ Lib. 6. simp.*  
*guentary utantur eius carnis succo plane inodoro, ob id apto*  
*ad odorem omnium recipiendum, vt insipida cucurbita o-*  
*mniibus saporibus, coloris expers cornea, & aqua suscipien-*  
*dis coloribus. Expresso autem succo reliquiæ terrestres ac*  
*durae, sunt amarae & subadstringentes: ob id incidunt, ter-*  
gent, contrahunt, & stipant: ionthos, lentes, ephelin, pruri-  
20 tum, psoram, lepram, anchoras, exanthemata sanant: liene  
& iecur duratū liquant cum farina loli, erui, vel alia sic-  
cante admota. Carnis drachma cum melicrato pota est vo-  
mitoria, & s̄ape largiter per aluum subducit. Viscera om-  
nia, maximè hepar & lienem ex oxycrato pota expur-  
gat, cicatricibus decorem affert. Id oleum, siue succus  
nucum ex nucleo huīus balani frequenter hodie exprimi-  
tur. Oleum balaninum maculas repurgat, lentigines, va- *Diosco.*  
ros, & cicatrices nigras: aluum soluit, stomacho aduersatur:  
contra aurium dolorem, sonos, & tinnitus auxilio est cum  
30 anserino adipe instillatum.

**O**leum lini *Latinis ricinimum, flatu crassos dissipat, pi* *Oleum de*  
*tuitam crassam & lentam tenuat & incidit, & dolenti ab kerna.*  
his ventriculo, tenuibus intestinis, colo confert: hydropem iu-  
tiat potum, clystere inieictum vel illitum.

Dioscor.

*Achoras, aurium dolores, scabiem, fœdas cicatrices, sedis phlegmonas, uteri euersiones & occlusiones inuuat. Autem 5. can. addit lentigines & panos delere.*

Oleum char  
thami.

**O** Leum de cnico, obstructa liberat tergétque: ob id ictero dolenti à materia frigida vetriculo, colo, thoraci, pulmo ni confert: hisque partibus expurgatis vocem claram reddit.

*Huic Diosc. tribuit vires olei ex cocco gnidio purgato & tufo, sed imbecilliores, hoc est, aluum potu purgandi.*

**O** Leum ex nuce Indica dolori neruorum confert, thoracem & pulmonem lenit, & inde claram vocem facit, impinguat etiam, & sperma auget. 10

*Id oleum Græcis indictum, conceptui valere creditur. Hodie ad seminis incrementum ferè usurpatum.*

**O** Leum de cerasi arthritico dolori mirè cōfert, terget, ac expurgat: ob id calculum à renibus & vesica expellit: panos, lentigines, & cætera cutis fœdæ vitia delet. 20

*Id oleum vires habet aliorum ex nucleis aut seminibus amaris expressorum, qualia sunt persicorum, amygd. amararum, chrysomelorum.*

**O** Leum ex nucleis cerasi sylvestris eadem præstat, sed efficiacius. 20

**O** Leum ex seminibus citri & arancij, dolori arthritico, & succedenti tumoris confert: lapidem renum & vesicæ expellit: fit ut prædicta.

*Idem est in pestilentia alexiterium, & lumbricos necat potum & illitum.*

**O** Leum ex pistaciis & strobylis hepatis & renum dolores potenter lenit: hepar impinguat, sperma auget potum, sed stomacho nocet. Fit ut prædicta.

*Forte olegina substata, quod oleis omnibus & pinguis 30 bus est commune, tota tamen sua substantia stomacho amicum videtur ysu quotidiano.*

*Addit Rasis tufsim & thoracis dolorem mitigare, & intemperiem frigidam emendare.*

Oleum

**O**leum laurinū ad partium omnium cerebri, neruorū, articulorum, ventriculi, coli, hepatis, lienis, renū, vteri, & lauri. affectus frigidos: & dolorē his succedentem: sic fit, Baccæ lauri maturæ & recentes teruntur in pila, ex aqua in lebete coquuntur, post torculari plano, non cauo exprimuntur in vas subiectum in quo aquæ supernatans oleum colligitur. Affusa calente aqua iterum terantur, & exprimantur torculari cauato: colligatur oleum, & reponatur.

Id oleum est calidum, essentia tenuis, aperit, mollit, digestit, ob haec intemperaturam omnem frigidam solam, & cum pituita, vel flatibus sanat, & ab his colo dolenti clysterie infusum, mirè prodest, ut spinæ dorsi illitum, paralysi & horrori febrili, tum omnibus neruorum vitijs, algoribus, laetitudinibus, catarrhis, aurium doloribus, renūm frigidis affectibus. Alij parte æquali oliuarum maturarum mista, & ambobus simul tritis, oleum laurinum exprimunt, sed imbecillius: a liter mistis alijs componi docet Dioscor. Simplex vtilius idem censet, & quo recentius & viridius colore, amarißimum est & acre. Ex Gallia Narbonensi virtus vti commune aduehitur, vnguento similis, quam oleo.

**O**leum ex baccis viridibus, terebinthi, vulnera glutinat, spasmo, tetano, duritiei neruorum confert: ob haec multis emplastris miscetur.

Mirum est Diocoridi hoc refrigerare & adstringere cum calidum sit reuera & modice adstringens. Fit ut laurinum.

**O**leum lentiscinum ex baccis lentisci, stomachum, partes neruofas, iuncturas laxat, & musculos roborat: fit ut laurinum.

Scabiem iumentorum & canum sanat: pessis, acquis, leprarum medicamentis est utilissimum, sudores prohibet. Inepte scincus pro schino legitur. Nam è scincio oleum si fiat, compositum est, neque horum aliquid praestaret.

Dioſc.

oleum maſtichinum è maſtiche, gummi lentisco recen- cc  
 te trita exprimitur, mediocriter calſacit, adſtringit, emol- cc  
 lit: ad omnia vulnæ vicia efficax, ſtomachi prominentem cc  
 duritiem, cæliacorum, dyſentericorumq; cruciatuſ leuat: fa- cc  
 ciem emaculat, & colorē nitidum facit optimum. Myr-  
 teum è baccis myrti nigraeſylueſtris, aut ſatiuæ maturis be-  
 Duplex eſt ne tritis ex aqua coctus ſimiliter exprimitur. Dioſc. Verò ſuc-  
 meo phar. cum ex folijs myrti alterutrius mollifimiſ tuſis expreſſum  
 baccis recen cum oleo omphacino coquit, vel cum oleo & aqua: deinde  
 tibus et ma quod ſupernatat oleum cocha colligi iubet: adſtringit, ſiccatur: 10  
 coctis, & al ob id epuloticum eſt, achoras ſanat, & ſedis rimas, ſudores  
 terū medi- compescit. Potentius eſt & compositius, ſi malicorium, cu-  
 camentosius preſſum, cyperum iuncum odoratum cum Dioſc, recipiat. Ef-  
 ex Nicolao. ficacius eſt amarum oleoſum, viride transluſens, olens myr-  
 tum. Myrtleum aliud eſt Mesue in tertio genere.

**B**alsamelæon, id eſt, oleum balsami plantæ cubitalis, aut  
 bicubitalis, rutæ agresti ſimilis: cortice cuius partem  
 orientem ſpectante ſcarificato & vulnerato lachrymæ pingueſ  
 deſtillant, ipſius ſcilicet balsami pinguedo. Alij plantæ hu-  
 ius ſurculos Vere ineunte in pila terunt, in aqua coquunt, tor-  
 culari exprimunt, oleumque balsami vocant. Sunt qui ſurcu-  
 los tritos in oleo veteri dies quadraginta inſolant, in vase du-  
 plici coquunt, exprimunt, ſurculos nouos tritos immittunt, ſe-  
 cundo & tertio, colant & recondunt.

Oleo veteri die uno maceretur xylobalsamum carpobal-  
 ſamum recentiſima: poſt arte chymistica oleum extraha-  
 tur, fuerit non ignobile: vel xylobalsamum recens in oleo  
 veteri diebus quadraginta inſoletur, vase dupli coqua-  
 tur. Vires huius olei ab omnibus tam laudati a Mesue ta-  
 ceri mirum eſt: calſacit enim, humectat, tenuat, digerit, ter- 30  
 get, glutinat. Glutinandi hæc facultas veteribus indicta,  
 facit ipſum hodie pretiosum. Cætera ex Gal in ſimpl. docui:  
 notæ huius in Dioſcor. opobalsamo. Id rariſimum, & ob  
 id pre-

*id pretiosissimum. Quapropter Petrus, de Ebano, Gulielmus Platearius, Bartolomaeus Montaguana oleum balsami composuerunt, viribus vero balsamo nihil cessurum. Alij folia, & semen, & lignum huius plantae oleo insolant dies quadraginta, exprimunt: & seruant: sed viribus opobalsamo id multo est inferius.*

**O**leum sesaminum impinguat, semen auget, asperam arteriam lenit, & vocem ob id claram reddit, multorum præterea oleorum aliorum est materia: extrahitur ut amygdalinum, nisi quod prius semen sesami excorticandum sic est. Id semen ab excrementis purgatum, aqua parum salsa irrigetur, manibus fricitur: iterum irrigetur, donec madefiat: siccatur, modice assietur, sacculo aspero multum diuque confricando excorticetur, corticibus expurgetur, molatur in farinam: oleum exprimatur, ut ex amygdalis. Ex eodem semine non excorticato, sed assato & molito in farinam, oleum quoque extrahitur ut prius.

*Id semen quod agros emaciatur, in Italia seri desijt, ob eiusque penuriam oleum sesaminum desideratur, cuius loco amygdalarum dulcium oleum substituatur: oleum id claram candidum, & vsu cum cibis delicatissimum.*

**O**leum lini, spasio, duritiae neruorum & iuncturarum haemorrhoidibus, sedis phlegmonis & rimis confert, ac dolori pulsatorio.

*Fit ut oleum sesami, sed lini semen non excorticatur: neruorum dolores sedat, viribus proximum est oleo chamæleo, quibusdam in usu est vice olei communis. Quidam perniciis oleum lini dederunt linctui aut potu, non sine utilitate. Paratur hodie à candelarijs et olearijs molitorib. non à pharmacopolis. In moletrinis quoq; aquaticis pauca aqua affusa extrahitur ad usum lucernarum.*

**O**leum papauerinum impinguat, asperam arteriam lenit, febrium ardore mitigat, & insomniam: fit ut oleum ex semine lini.

*A febrium enim vapore calido sicco vigilias tollit, som*

*Manardus.*

nümq; frigiditate & humiditate conciliat, fronti, auribus, naribus, temporibus illitum. Compositum autem oleum pauperis post scribendum est usitatus. Hyoscyaminum oleum ex semine albo hyoscyami recente, siccо, calida aqua sparso, insolato, trito, à Diosc. exprimitur ad aurium dolores, pessis etiam miscetur, ad emolliendum utile.

**O**leum ex semine lactucæ idem pollet quod papaverinum & eodem fit modo.

**O**leum ex semine cucurbitæ cucumeris, melonis, citreoli, phlegmonis viscerum, & ab his febribus ardentibus <sup>10</sup> confert, vrinæ ardorem valde mitigat. Possunt ex singulis horum perse extrahi, vel pluribus, vel omnibus simul: excorticatis tamen seminibus sesami, settinum modo. Ex pluribus aliis tum seminibus, tum fructuum nucleis, & fructibus, olea eodem modo exprimi possunt, quæ vires eorum ex quibus separantur retinent, & à nobis omittuntur.

*Quale est raphaninum, melanthinum, sinapinum, cannabinum, staphidis agriae: Quæ etiam fieri possunt seminibus ipsis tritis & coctis cum oleo, & cum succo aliquo vires eorum augente: Vel si est opus, remittente, vel saltem fō- 20 uente, & olei adustionem ac seminis prohibente.*

### DE TERTIO GENERE OLEORVM.

**F**lunt & olea per impressionem, quæ ipsis oleis velut habili cuidam materiæ aliorum medicamentorum virtute à sua ipsorum forma proficiscentem inserit, quomodo sigillum formam suam materiæ cuiquam ad eam suscipiendam habili imprimit. Hęc autem variis flunt modis, quos Deo adiutori tradituri sumus.

*Oleorum genus tertium facultatem recipit variam ex incoctis sibi varijs simplicibus: propterea id iam est compositum, non amplius, ut priora duo genera, simplex: id Pau- 30 lo uvędę, id est, Unguentarium dicitur: est illi simplex, id est, parvum medicamentosum, & paucis mistum: alterum compositum & medicamentosum.*

*Oleum*

O Leum rosatum completem roborat, resolutum commode,  
 lenit, & sedat: fitque ex oliuis maturis, & foliis rosarum co-  
 pletarum: rude vero inflammationes extinguit, roborat,  
 cogit, desat, fluxiones sistit, & materiarum per corpus fluxum  
 cohicit, dysenterias potu insigniter iuuat, & fit ex oliuis im-  
 maturis, & foliis rosarum nondum apertarum. Hoc autem modo fit:  
 Folia rosarum rubrarum recentium trita quantitate sufficienti, *Hi quatnus*  
 oleo ex oliuis, vel sesamino recenti, & aqua fontana aliquoties *modi cōmu-*  
 lato, macera in vase vitro obturato, diebus septem insola: *nes vtrique*  
 10 coquuntur; tribus horis in vase duplice. Expressis foliis & abiectis, non *rosati dispe-*  
 ua immittitur: insola iterum dies septem, coquuntur; ut prius: tertio idem rentur.  
 fiat. Deinde aquae infusionis rosarum dictae in syrups quan-  
 tum est oleum, miscet, opercula, insola dies quadraginta: post  
 excola, iterum diu insola. Alter quoque paratur magis resoluens  
 ex succo rosarum & aquae infusionis rosarum praedictae, ana  
 parte una: olei loti & parati, ut dixi, partibus tribus: foliorum  
 rosarum contusarum quantitate sufficienti: haec omnia in vase  
 vitro insola, ut dictum est, post coquementur: folia rosarum permu-  
 ta, insola, ut diximus de permutando succo, & aqua infusionis  
 20 rosarum: idemque bis fiat. Postremo oleum solum cum succo rosa-  
 rum, & aqua infusionis earum, in vase vitro insola dies qua-  
 draginta: vel amygdalas dulces purgatas, curiosè tritas foliis  
 rosarum tuis miscet in offas, quas in aere calido horis viginti-  
 quatuor serua, tere, & subige continenter in mortario affusa  
 pauca aqua infusionis rosarum calente: tandem torculari ex-  
 prime oleum, vase vitro impositum opercula, & insola: quar-  
 to modo cum sesamo excorticato fit qualiter cum amygda-  
 lis: sed rudi rosato aptiores sunt amygdalae completo autem  
 sesamo.

30 Prima olei rosati compositio multis est in usu: Parisiensi-  
 bus autem compositione Nicolai in ipsius Antidotario dicenda.  
 Paulus rosarum rub. exunguatarum vnc. tres olei ompha-  
 cini sextario immittit vase operculato, ne expiret: dies qua-  
 draginta insolat, super tabulam reponit: alijs non insolant, sed  
 puto imponunt: alijs terrae infodiunt dies quadraginta. Tres  
 vnguenti rosacei compositiones Dioscori. Rosas quidam in-  
 tegris folijs, alijs exunguatis, alijs etiam forcipibus incisis,  
 alijs

alijs tuis oleo impositas igni coquunt, colat, seruant: alijs dies quadraginta insolant in vase vitreo operculato, sine coctione: insolatus etiam in vase duplice est præstantior. Oleum rosatum veteres nominare consueuerunt, quod absque odoramentis paratum est: quorum si aliquid huic inditum fuerit, non oleum, sed vnguentum rosaceum nominant, in fine lib. 2.

**Lib. 5. sanit.** simpl. Oleum rosatum optimum conficitur ex rosis solis, sine Lib. 1. & 2. frondibus, quæ plurimæ oleo omphacino fine sale parato ple- c. ph. g. nius imbuantur, & infundatur Vere, aut in eunte aesta-

**Lib. 1. 2. &** te. Post annum autem vetus est ac inutile. Id oleum vim quamdam repellente habet, & repellentem, & mitigatoriam, **3. c. ph. p.** **Lib. 3. c. ph.** & discussoriam: seu repellit, coquit digerit omnia haec me- p. initio. diocriter. Huic oleo quidam spissameta adiiciunt, ut id diu- tius sit odoratum. Oleum rosatum audio fieri odoratissimum putrefactis mense uno rosis sub fimo in vase bene opercu- lato. Eadem ratione ex mastiche vulgari, & rosis incarna- tis, & moschatis, & similibus fieri posse confido odoratis. sine ullius olei mistione.

**O**leum chamælinum, genus omne neruosum robo- rat, fluxionesq; inhibet vi sua modice adstringenti, mo- derate resoluit: ob id dolores sedat. Fit ut oleum rosatum, sed ex oleo maturo, aut sesamino, ut dixi, extracto.

**P**anlus florum sine albis folijs recentium, siccatorum vi- gintiquatuor horis vincias duas sextario Italico imponit, vas tegit linteo simplici, ut transpiret, & quadraginta diebus insolat, post bene obturato vase reponit: ex siccis fo- **Oleum cha-** lys in vase duplice coctis est imbecillus. Calidu- reperate ad mæmeli re- frigerare, primum tantu gradum vergit, humido siccò temperatum. & dolorem Initio colici, arthritici, & aliorum dolorum est præstantis- capit is ab simum, quia parum repellit, & modice digerit, cum valen- estu minue- ter digerentia plus nouæ materiae in partem alliciat, quam re dicitur veteris inaniant. Si tamen vehemens est fluxionis impe- **lib. 2. c. ph. p.** tus,

tus, adstringente magis opus est. Vires laxandi tantū quibus febres prohibet, non etiam adstringendi Galenus ei tribuit.

**O** Leum meliloti, viribus est chamæmelini, & eodem modo componitur.

**O** Leum violatum, intemperiem calidam extinguit: ob id phlegmonas omnes remittit, ac inde pleuriticos iuuat, asperitatem arteriæ & pulmonis, & thoracis lenit. Fit quomodo rosatum: sed ex oleo viridi, vel amygdalino, vel sesamino.

10 **O**leum iatrop, id est: ex floribus violæ nigræ vulgo Martiæ, frigidum, humidum, tenuis essentia, lenit, & modice aperit: clystere infusum ardorem febrium mirè sedat. Quibusdam placet hoc admouendum esse tantū phlogosi, & intemperaturæ calidæ soli: ut rosatum intemperaturæ calidæ cum humorum affluxu. Hepatis & renum caliditatē mirè vnguentum sedat cum aceto pauco, succo lactuæ, santalo albo & cera santalinū exigua. si oleum viride est, omphacino, seu ex oliuis immaturis expressum: ut videri potest (tale enim, vel aliud lotum frigidis oleis conuenit) amygdalinum vel sesaminū 20 ablutione in aqua refrigerante vires olei omphacini accipiunt. Paulo fit hoc oleum ex violis purpureis vel croceis, vel leucoio, insolat autem exactè operculato vase, ne transpiret, tantū dies decem, violis interea ter mutatis, additq; demum violas siccas.

**O** Leum anethinum digerit, ob id dolores sedat: confert rigori febrili, spinæ, & partibus neruosis, inunctum accessionis initio: phlegmonas & scirthos resoluit, somnum, itē conciliat, & cephalalgiam mitigat. Fit vt oleum chamælinum.

30 Flores anethi forcipe execili ex oleo dulci dies quadraginta insolantur. Paulus comæ florum anethi uno die siccatae vnciam vnam sextario olei imponit. Dioscori. anethi comæ libras duas, & vncias octo in libris olio olei, & vnc. nouem uno die insolat, post exprimit & reponit. Nam ma-

gnā

gna in hoc mēsura florū hoc tempusculo satis virium suarum oleo impertit: articulorum dolores Diſcoridi sedat, virunque molleſacit & reſerat.

Libr. 4. ſan. Oleum anethinum, ex anetho maturo & viridi in vase dupli coctum, ſuccos, nec crassos, nec lentoſ in cute & carne residentes digerit. In vase dupli autem coquendum id,

Lib. 6. ſimp. & ſicyonium, & chamælinum etiam docet lib. 12. metho. Anethum in oleo coctum, oleum facit anethinum digerens, dolorem ſedans. ſomnum concilians, crudos & incœlos tumores coquens. Eſt enim temperie propinquum pus motu entibus & coquentibus medicamentis, niſi quatenus illis eſt paſſo calidius & tenuius, ob idq; digerens. Viride autem capiendum, quia humidius, minus calidum, & ob id magis concoquit, & ſomnum conciliat, ſed minus digerit. In

Lib. 12. met. oleum relaxans non adſtrigens, præcipue antiquum, immitte anethi quod videbitur ſatis: mox ubi in vase duplice tantisper calficeris, dum mediocriter vim herbae imbibitur, exprime, & repone.

Oleum li-  
litorum.

Leum liliorum calſfacit, reſoluit: ob id à frigore dolores thoraci, ventriculi, coli, vteri, renum, veſicæ ſedat, lenit, & coquit. Fit ut oleum chamælii, ſed ex liliorum floribus quod croccum eſt, abiiciatur. Componitur item ex fo-

Simplex. liorum lilij vnciis octo: maſtiches, calami aromatici, coſti, car- Compositū. poſalsami, ana vnc. vna: caryophyl, cinnamomi, ana vnc. ſe- misſe: croci drachmis tribus. Omnia præter lilioruſ folia aqua ſufficiente vigintiquatuor horis macerentur, ſemel aut bis ferueant. Tunc in iice olei dulcis, vel ſeſamini, lib. duas: & additis lilij floribus, in vase vitreo in ſola dies quadraginta: pōſt colatum reponantur.

Leum irinum ex floribus ireos ſimiliter factum, calidius, 30  
Otentuius: ob id altius penetrat, & valentiū reſoluit: lilio- rum verò magis ſedat, lenit, maturat. Irinum oleum terget, tenuat, coquit, reſoluit potenter: ob id à frigido dolores aurium, hepatis, ſplenis, vteri, articulorum ſedat phlegmo-

nas coquendo suppurat, materias thoracis & pulmonis coquit: strumas dissipat, & alios tumores duros, spasmum emendat, & narium fœtorem. Sic fit: Radicum ireos libram unam, florum eiusdem, libras duas: aquæ cui incoctæ sunt aliae ireos radices, quantitatem sufficientem: olei dulcis, vel sesamini quantum sufficit, in vase dupli coque, radices & florum folia noua immitte prioribus expressis & abiectis, ut in oleo rosato.

**O** Leum sambucinum lenit, cutim expurgat, neruos roboret, eorumq; doloribus confert. Fit ut rosatum.

Ex floribus sambuci factum, dolores sedat: ex medio autem cortice ambusta sanat: fit etiam ex floribus iasminum, quod sambacinum Arabes vocant, chamæmelino aut sequenti viribus proximum.

**O** Leum leucoij lutei tenuat, digerit: ob id dolores, thora- Oleum de cis, renū, neruorum, iuncturarum, sedat: fit ut chamæ- melinum. Keiri.

Paulus horum florum exinguatorum uncias tres olei sextario immittit, in vase exalte obturato decem dies in- solat, ter mutat: ubi reponendum est, alias bene sicas adiungit.

**O** Leum papaueris intemperiem calidam sanat, & inde or- tum dolorem, somnum quoq; conciliat. Fit ut violatum ex floribus, sed etiam capitibus & foliis papaueris albimitius & tutius, nigri stupefaciendo efficacius.

**O** Leum de foliis laetucæ idem pollet quod oleum papauerinum.

**O** Leum nymphæatum vires habet violati, & eodem fit Oleum ne- modo. nufaris.

Refrigerat tamen magis quam violatum, minus quam papauerinum: hypnoticis, & intemperaturam partium, vt renū, calidam sanantibus utiliter miscetur, & veneris tentiginem prohibet genitali inunctum. Oleum nymphæatum Rasis in Antidotario describit, refrigerando mitigas cephalalgia febrilem a vaporibus sursum elatis, & deliriis inde

inde, vel ex phrenitide natum: ardori vrinæ, ulceri renū  
& vesicæ commodum illū, vel clystere inieclum. Fit autem ex floribus albis, nō flavis, in oleo omphacino dies quadraginta insolatis.

**O**leum cucurbitæ nymphato viribus par, & eodem paratur modo: sed hoc ex floribus cucurbitæ, & succo rasæ carnis eius, & oleo.

Cucurbitino autem oleo prius ex seminibus expresso si fiat, tunc multò est frigidius, ac humidius.

Oleum cydoniorum.

**O**leum melinum, refrigerat, adstringit: ob id vētrem totum inferiorem, & neruos laxiores cogendo roborat, sudores immodicos fistit: fit ex carnis cydoniorū præmaturorum, cum cortice [& seminibus] tritorum, & succi eorum portione æquali in olei omphacini modo sufficienti diebus quindecim vase vitreo insolata: deinde horis quatuor coquatur in vase dupli, caro & succus mutetur, & rursus insolatur, & coquatur, ut diximus, bis aut ter: postremò colatum reconde.

Oleum id facultatem ventriculi & intestinorum retentricem adstringendo roborat, & qualitate aromatica confectionem iuuat: ob id lienteriæ, diarrhœæ, dysenteriæ multū salubre est, præsertim, biliosæ, sed bilis parte iam vacuata: clysteribus inieclum per se, vel cum mastichino, myrteo, rosato, spinæ etiam illū & thoraci, sudorem immodicū vires deycientem fistit.

Paulus cydoniorum lanugine bene tersa cum corticibus incisorū vncias tres in olei omphacini sextario insolat dies quadraginta. Si succum cydoniorum oleo incoquis, sic crepitat & agitatur, mirabile visu, ut oleum omne tandem vase excutiat. Ob id vase dupli coquendum est simul, ne vires cydoniorum empyreuma vitiet. Succus autem ex his largior extrahitur, si ferramento segmentis quibusdā exasperato (rapam vocant) deradantur potius quam secentur minutim, aut terantur.

Oicum

**O**leum myrtinum, cerebrum, neruos, cor, ventriculum  
roborat coquendum ut melinum.

*Id oleum adstringit quantum cydoniorum, sed siccatur potentiū. Alterum prius in secundo genere per expressionē baccarum myrti recentium documus. Oleum ex oleo & myrtis, aut myrti succo compositum, adstringit solum à myrtis, digerit ab oleo, Gal. lib. 1. c. ph. p. & lib. 2. c. ph. g.*

**O**leum ex pomis mandragorae inflammationem omnem  
extinguit, somnum conciliat. Fit ex succi horum pomo-  
rum maturorum, & olei sesamini partibus æqualibus in vase  
duplici coctis ad succi consumptionem. Succi tantundem suf-  
fice: coque ut prius, idem tertio fac, & reconde.

*Gallis interdum sic paratur: aliter Nicolao in Antido-*  
*tario.*

**O**leum enulatum calffacit, tenuat, digerit: ob id affectibus  
neruorum, vteri, vesicæ frigidis prodest, ac febrium ri-  
gori, & colo à flatibus dolenti. Radices enulae tusas, succi alia-  
rum enulae radicum: olei sesamini portionem æqualem in vi-  
ni odori parte dimidia, coq; ut diximus in oleo melino. Cōpo-  
ritius & valētius fiet, si foliorū lauri, cardamomi, spicæ nardi,  
calami aromatici, mastiches, ana sextā partis vnius addideris.

**O**leum ex cinnamomo & sabina, & pulegio, idem pollet  
quod enulatum, & eodem fit modo.

*Tria in Mesue de his capita in unum iunximus: oleum  
cinnamomi Dioscor. eleganter paratur: fieri etiam ex nostro  
pseudocinnamomo potest. Quod vero è sabina fit, dolores à  
morbo Hispanico mirè sedat, cutis q̄ fœditatem corrigit. Sed  
quod è pulegio, ciendi menses vim magnam obtinet.*

**O**leum rutaceum calffacit, tenuat, digerit: ob id laterum,  
renum, vesicæ, vteri dolores à frigida causa sedat: fit ut  
myrtinum.

*Ex foliorum & succi rutæ ana portione æquali, olei om-  
pha. q. s. insola dies quindecim obturato vase: post coque in  
vase duplice, horis quatuor, exprime: hos bis aut ter itera. Gal. in suo  
Rutaceum & illitum & clystere injectum, colicum dolore lico.*

quem chamælinum & anethinum mitiora non sedarunt, placat, vacuata prius parte materiae: neruosas partes à frigido lœsas valde roborat, paralysi confert, spinae inundatum obstrunctiones aperit, inflationem potentius dissipat, si ex ruta siccata vel quater mutata perficiatur. Nā in virente succi excrementos multum inest.

**O**leum nardinum benedictum calficit, tenuat, digerit, modicè adstringit: proinde affectus omnes frigidos & flatulentos cerebri, ventriculi, hepatis, lienis, renum, vesicæ, vteri magnoperè iuuat, naribus iniectum caput purgat, corporis colorem & odorem commendat. Spicæ nardi vnc.tres: vini & aquæ ana vnc.duæ & dimidia: olei sesamini lib.dimidia, coquâtur in vase dupli lento igne, horis circiter quatuor, frequenter mouendo. Vel spicæ nardi vnc.tres: sampuchæ vnc.duæ: xylaloës, enulæ, folij Indi, calami aromatici, foliorū lauri, cyperi, schœnu anthûs, cardamomii, ana vnci.vna & dimidia, antequam terantur, yno & aqua sufficienti, & olei sesamini libris sex mergantur: coque vase dupli igni lento horis sex, singulis horis mouendo. Vel spicæ nardi vnci.quatuor: styracis, caryophyll.ana vnc.tres: nucis moschatæ, vnc.quinque: olei balsami, vncias sex: olei sesamini, lib.quatuor, coque ut prius horis quinque.

Prima cōpositio est nobis frequens & efficax etiam ad aurium tinnitus & dolentes ipsius flatus, & omnem nervi. c. sanit. uorum intemperiem frigidâ. Oleum nardinum calficit, potissimum vbi largius accepit amomum. Id olim Laodiceæ in Asia duntaxat præstantissimum fiebat: nunc etiam in alijs fit vrbibus. Secunda & tertia Mesuæ cōpositio si simplicia suppetent vera, est efficacissima, sed vnguentum verius est quam oleum. Oleum autem sesaminum quia desideratur, vice eius oleum dulce substituitur, paruo aut nullo errore. Nam Mesues aliquando scribit olei sesamini vel dulcis.

**O**leum mastichinum, cerebrum, neruos, iuncturas, ventriculum, hepar corroborat, tumores duros lenit, dolores sedat: sic conficitur: Mastiches vnicæ tres, olei sesamini sextario coquuntur in vase dupli. Vel mastiches vnc.tres,

vini

## DE ANTIDOTIS.

355

<sup>30</sup> in vinciæ quatuor, alijs octo, olei rosati lib. vna, in vase dupli-  
ci coquuntur ad vini consumptionem.

secundum est solum in Vſu, quia præstantius priore, cui Auic. 5. can.  
eum Paulo oleum omphacinum miscetur potius, quām ſea- <sup>habet de-</sup>  
minum: niſi quando ſtudium maius eſſet duritas mollien- <sup>ſcrip. primā.</sup>  
di, & dolorem ſedandi: quorum neutri omphacinum per ſe  
conuenit. Eſt autem utrumque ſimpliſſimum medicamen  
toſius, ac varium magis, & vnguētum verius, quām oleū.  
Paulus deſcrit. Facultatem ventriculi coeltricem & re-  
tentricem roborat illitum in lienteria: ob id ſalubre. Mi-  
nius multò calet, ſiccatur, obſtructa aperit, quām nardinum,  
nec minius adſtrigendo roborat. Oleum maſtichinum ex  
oleo roſato & vino antiquo ad partium laſitudinem &  
imbecillitatem fit Meſuæ in fine ſuorum canonum cap. 12.

Oleum maſtichinum & lentifinum recens in vase du- Li. 5. c. ph. p.  
plici calfactum, anodynum eſt phlegmones in gingiuia, lin-  
guia, oris tunica & cute.

**O**leum ex ſtyrake calfactit: ob id conſert dolentibus à fri-  
gore renibus, veſicæ, vtero, neruis, muſculis, tendonibus,  
iuncturis. Styra cis vinciæ tres, vel ſi valentius viſ, quatuor, in  
olei ſefamini libra vna coquuntur, vt in maſtichino, & colo-  
rum reponatur.

Oleum ſtyracis huic simile ſcribitur Auic. 5. can. & Se-  
rapioni in Antidotario: ad ſcabiem eſt efficax, præſertim  
addita parte oſtaua ellebori albi: diuersum. Diſcoridi. Di-  
uersum duplex Meſuæ ex ſtyrake liquida in curandis affe-  
ctibus neruorum: aliud etiam Nicolai. ſtyracini olei me-  
minit Diſcorid. in ſtyrake, ſed an ſimplex ſit vel miſtum  
non docet.

**O**leum coſtinum calfactit, obſtructa aperit, neruosum  
genus roborat, vt neruos, muſculos, tendones, ligamen-  
ta, ventriculum: præter hæc, hepar & capillos: canitiem ob id  
moratur, & corporis colorē ac odorem commendat. Coſti  
amari vinciæ duæ: caſiæ, vncia vna: ſampsuchi ſummitatum

vnciæ octo: vino odoro, quantum sufficit, bïduo infundantur; deinde cum olei sesamini libris tribus coquantur horis sex, vt nardinum.

si vera costi radice fiat, omnibus neruosi generis affectibus frigidis confert calore vehementi, vt etiam paralysin ac vehementem rigorem spinæ illitum iuuet. Capillos etiam tenacius affigit, & mucoso humore canitiem accelerante consumpto, canos prohibet.

Oleum de alkana.

**O** Leum cyprinum partes neruosas roborat, capillos à canitiie vindicat: fit ex florū cypri vnciis quatuor coctis in olei veteris vnc. decem, vt rosatum florum penuria, folia cum modico vino bis mutata coqui possunt in dicta olei mensura. 10

**Quod oleum cyprinum duplex** Paulo describitur, verius **L. 2. c. ph. p.** est vnguentum, vt Diosc. sufficerit Mesua descriptio. Oleum cyprinum & lentiscinum magis calfaciunt, quam myrtleum: & modice astringunt.

Oleum de sampsacho.

**O** Leum sampsachinum calfacit, roborat caput & neruorum genus omne: fit vt oleum myrtinum.

Rati. in Anti. acopum est, seu laßitudini utile, & morbis cerebri & neruorum frigidis prodest. Ob id spinæ in balneo inunctum paralysin iuuat, & spasmum cynicū vulgo torturam oris, naribus iniectum: vt auribus immissum, a flatu tinnitus dissipat, menses ciet, morsui scorpionis prodest. Potius fiet ac odoratius, si comis sampsachi ter quater mutatis, in vase duplice coquatur. Paramus in nullos usus alios, quam ad emplastri meliloti compositionem.

sampsachinum Diosc. ab hoc diuersum.

Ole. ex me-Zereo.

**O** Leum ex thymelaea hydropi confert, ac ulceribus malignis, cutis foeditatem terget: foliorū mezereon vnc. quatuor aquæ libra una: vigintiquatuor horis macerentur, post coquantur in olei sesamini vnc. octo: & lactis dulcis & recentis vnciis sex, ad aquæ & lactis consumptionem: colatum reconditur. 39

**In simp. cap. de me-Zereo prius est aliter descriptum, id** ymbilico admotum, aluum subducit.

Ole

**O**leum de thymo, renum, vesicæ, ilium dolori cōfert: vri- Oleū sericiæ difficultatem leuat iniectum in sedem, vel meatum num- vrinarium. Thymi vnc. quatuor: zingiberis vnc. vna & dimi- aqua dulcis sufficiens: succi extremitatū thymi, vnc. quatuor: olei sesamini vnc. quatuor decim, coquantur in vase vitrato ad aquæ & succi cōsumptionē. Vel succi thymi, olei sesamini, la- ctis vaccini recentis ana lib. duæ: penidiarū albarū vnc. quinq: zingiberis albi vnc. vna & dimi. coquantur vñq; ad succi & la- ctis consumptionem. Hoc eadem potest quæ prius, & præter- 10 eā roboret dītas partes ac iuncturas, earūmque dolorem le- nit, colorem bonum reddit, venerem excitat.

*Id oleum cur Mes. hic & Serap. in Antidotario serici-  
num vocet, non video. Potest earundem propè virium fieri  
eodem modo ex hyssopo, quod quidam hoc loco per alhasech.  
à Mes. intelligi voluit.*

**O**leum σινύριον. id est, de cucumere agresti, epilepsiam, Ole. de cu- hemicraniam, & alios cerebri affectus frigidos naribus cumere af- immissum leuat, & strumas, & surditatē, panum & cicatrices nino. nigras delet. Oleuni sesamini in succi cucumeris agrestis ma- 20 turi quantitate æquali coquitur ad succi consumptionem: vel succi radicū ipsius, & aliarum eiusdem radicum tritarum ana lib. dimidia, cum oleo sesamini lib. vna coquitur ad succi con- sumptionem.

*Paulus radicum eius vncias duas coquit in vase dupli-  
cum oleo sextario uno. Alterum idem compositum efficit  
unguento proximum. Hoc sāpe utitur Gal. in libris comp.  
medicamentorum, præcipue secundum genera, sed etiam  
secundum locos, & aliquando in methodo. Eius vero com-  
positionem ab eo promissam nusquam legi, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ αἴγιος  
30 à cucumere agresti est utique dītum οὐρανοῖς. Diſco. ve-  
rò οὐρανοῖς ἀπὸ τοῦ οὐρωνίας, quæ regio est Peloponēsi, in qua  
laudatissimum siebat. Alter omniō componitur, & sine  
radicibus cucumeris agrestis, à qua illud calfacit, tenuat,  
digerit: hoc vero aut temperatum est, aut subfrigidum:  
quanquam id quadantenus calfacere, & febri ac neruo-*

rum vitijs prodeesse, fæminisque faciei nitorem conciliare scribit Dioscorid. Elaterium vero ex fructu per maturitatem flauescente sine expressione extrahitur, siccatur & scammonium. Post sex menses vntendum.

Ole. de pomis citranguorum.

**O** Leum de pomis citreis vel aranciis ad iuncturatum dolorem. Poma hæc duodecim matura integra in olei sesamini lib. duabus, aquæ fontanæ & marinæ ana. q.s. coque in vase vitrato ad aquæ consumptionem. Iterum in aquæ dulcis lib. vna & dimid. cum penidiarum albarum vnc. octo, coque ad aquæ consumptionem. Datur ab vncia vna ad vnc. tres, cū potu, cibo, obsoniis.

**O** Leum croci neruos & vterum roborat, amborumq; dolorem sedat: durities dissipat, coloris gratiæ efficit. Croci vnc. vna, myrræ puræ vnc. dimid. diebus quinque aceto macerentur: die sexto toto cardamomi drach. nouem simul materna: septimo cum oleo lib. vna & dimid. coquantur igni lento ad aceti consumptionem: loco aceti sunt qui vinum supponat.

Dioscorides aliter præparat ad somnum conciliandum, etiam phreniticis, si odoretur, aut naribus infrietur, & ad clausionem vteri, suppurat, ulcera purgat, etiam maligna. 20

Paulo est aliud, ut pretiosius, ita præstantius.

**O** Leum ex piperibus iuuat morbos neruorum frigidos, & paralyсин, spasnum, spasnum cynicum, tremorem, epilepsian: adhæc ifchiadem, & cæteras arthritidis differētias, & vteri, cœli, renum, vesicæ affectus frigidos: quia calfacit, tenuat, terget: ob id obstructiones aperit, calculum frāgit. Triū piperrum ana vnc. tres: cepularū, beller. embl. Ind. ana drac. quinq: radicū apij, fœniculi, ana drac. tres & semif. sagapeni, opopanacis, hyoscyami albi, ana drac. duas & semif. turbith boni albi drach. duodecim: zingiberis drac. tres: surculorum hyssopi recentium, foliorū rutæ virentium, ana manipulum vnum: parum trita coquantur ad tertiam partē in aquæ lib. vigintiquatuor, coletur cū ole. cicini heminis duabus: percoquatur ad aquæ cōsumptionem. Addunt alij ireos drac. sex: thapsiae drac. duas: anisi, cardamomi, ana drac. vna & dimi. calami aromati ci drach. duas & dimid. spicæ nardi drach. vnam: expressionis hyssæ

hyssopi vel thymi sextarios tres. Poni potest loco cicini oleum  
irinum vel leucoij lutei, vel amygd. amararum, vel omnium  
simulquatuor ana hemina dimid.

*Hoc describitur Auct. nomine olei alchechengi. hyosciamus præsertim tam paucus, hic otiosus videtur, ut mensis suspicio sit vehemens. Validum fuerit hoc ol. etiam potus Mediolani perfatur.*

**O**leum ex euphorbio iuuat maximè frigidos cerebri &  
neruorum affectus, cephalalgiam, hemicraniam, lethargum,  
naribus immissum: articuloru quoq; & hepatis, &  
splenis dolores illitum iuuat. Euphorbij vnc.dimid. in olei leu  
coij lutei, & vini odori ana vnciis quinque coquitur ad vini  
consumptionem. Vel staphidos agriæ, strutij, ana vnc.dimid.  
pyrethri drac. sex, succi calaminthes montanæ vnc.vnam &  
dimidiad: costi, drac. decem: castorei drach. quinque: trita, tri  
duoque macerata, in vini odori libris tribus & dimidia co  
quantur ad dimidiis: deinde frica multum diuque manibus,  
& cola: cum olei leucoij lutei aut sesamini libra una & dimi  
dia percoque ad vini reliqui consumptionem: tunc insperge  
euphorbij recentis & albi tenuissime triti drach. quatuor, &  
miscendo coque.

*Idem potest quod ol. de piperibus, sed calidius & sic  
cantius: fugiendum utrumque in principio dictorum affe  
ctuum, nisi vehementer frigidi sint. Secundum efficacius  
etiam Auct. describitur 5. can. ex oleo & solo euphorbio par  
ciore: largiore parat Gal. lib. 2. c. ph. p. pro vario scopo. Olei  
librae vni immittit euphorbij validi, hoc est, recentis & al  
bi semunciam, vel (si vetus est euphorbium, ut bimum, tri  
mum, & iam pallidum aut flavidum) drach. sex: si sensus in  
auribus vel parte alia est acer, minus semuncia ut drach. Gal. in fine  
tres: si obtusus, validi euphorbij vnc.dimid. vel drachmas li. 2. c. ph. p.  
quinque: præsertim si affectus est contumax, ut alopecia.  
Idem pollent piper, cepa, allium, ruta oleo incocta in frigidis  
aurium & aliarum partium affectibus, ut in hemicra  
nia à causa frigida. Oleum cui libanotis, id est, rosmaris in  
tuens.* Lib. 4. san.

cocta sit, vel radix betæ albæ, vel cucurbitæ agrestis, vel  
cucumeris agrestis, vel bryoniæ, vel altheæ, efficaciter eu-  
aporat: ubi hæc qualitatem & vires in oleo tenui non ad-  
stringente dimiserunt. ol. ex mentha viridi repellit: ex-  
siccatur, roborat, digerit lib. 2. c. ph. p. Pisselæon seu picinum  
oleum Diosc. componitur.

Oleorum genus tertium facimus non modo eis planta-  
rum prædictas partes incoquendo, sed etiam animalia me-  
dicamentosa: id quod exempla sequentia docebunt.

**O** Leum vulpinum ad podagras, reliquiasque arthritidis spe 10  
cies, ac dorsi, renimque dolorem est efficacissimum. Vul-  
pes integra tantum exenterata, in aquæ fontanæ & ma-  
rinæ ana sextario vno: olei antiqui clari sextariis duobus & di-  
midio cum salis vnciis tribus coquitur ad aquarium consum-  
ptionem, & vulpis artuum dissolutionem. Postea aquam dul-  
cem (cui hyssopi, & anethi herbarum ana man. vnuis incoctus  
sit) affunde vas, & cum dictarum herbarum ana lib. vna re-  
coque ad huius aquæ consumptionem. vel vulpes in aqua fon-  
tana & salsa cum herbis dictis sine oleo percoquatur, ad car-  
nium vulpis & artuum dissolutionem. Aqua hæc ad fotum vel 20  
balneum partium affectarum est efficax.

*Id oleum ad neruosi generis & iuncturarum affectus*  
omnes frigidos ob calorem mediocrem est tutissimum etiam  
initio & efficacissimum. Paul. viam vulpem oleo inco-  
quit: & hodie nonnulli viuam ubi exenterarunt, semi-  
spirantem adhuc oleo incoquunt. Vulpes autem bene habi-  
ta, qualis per vindemias viuis nutrita, & impinguata, et a-  
tis mediæ esto. Quid enim virium à vulpecula recens na-  
ta & strigosa expectare possis? Grandior enim quia calo-  
re est acriori, humores habet calidiores, & ob id excre- 30  
menta omnia acria, & partium omnium naturam valen-  
ter digerentem, ut nec vrinam, nec ventrem inferiorem  
contempserim. Additur coquendo interdum salvia, rosmari-  
nus, iuniperus, anethum, origanum, maiorana, & tunc

vul

*Vulpium est vnguentum.*

Leum ex viperis cutim expurgat, impetigines sanat: fit Oleum de fer  
**O**nus ex viperarum nigrarum integrarum lib. duabus, ad car-pentibus.  
 nium dissolutionem coctis igni lento in olei sesamini sextario uno & dimid. in vase terreo vitrato angusti oris exacte obturato, ne illius noxio vapore offendaris: ubi refixerit, vitro vase reponatur, pennâ partibus affectis illinatur.

si abscissis capite & canda viperæ (quales theria-  
 ca postulat) oleo incoquantur: etiam elephantiasi fuerit  
 10 salubre.

Leum ex scorpionibus, lapidem renum & vesicæ fran-  
**O**git & expellit, lumbis, pubi, perinæo illitum, aut per mea-  
 tum vrinariū iniectū: fit ex scorpionibus viginti, vel pau-  
 lò pluribus, aut paucioribus in olei amygdalamararum lib. dua  
 bus insolatis mense uno in vase vitro probè obstructo. Vel ari-  
 stolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, corticum rad. capparis,  
 ana vnc. vna: in olei amygdalamararum sextario uno diebus vi-  
 ginti insolentur in vase vitro operculato: deinde scorpiones à  
 decem ad quindecim oleo iniice: obtura, insola iterum men-  
 se uno. Egressus è balneo aut in sessu calculosus illo vnguatur  
 20 in tribus dictis partibus, & in meatum vrinarium iniciatur  
 portio eius exigua horis singulis: est mirabile. Quidam prio-  
 re, alij posteriore ceu efficaciore vti malunt.

Paratur etiam nunc oleo antiquo additis simplicibus me Manard.  
 dicamentis contra venena laudatis: fit q̄, oleum miranda-  
 rum virium contra venena omnia & pestilentiam. Scio  
 hominem hoc solo munitum quantumuis scuam pestilentia  
 nihil facere, sed eum & seruos suos una secum visentes  
 pestilentia affectos, incolumes seruari, & sola vñctione  
 30 quosdam à scuissimis venenis potis liberatos. Prius ob scor-  
 piones frigidum est: posteriorius ob aromato calidum & ef-  
 ficacius, non ob horum calorem & essentiæ tenuitatem (quib.  
 aperit, incidit, tenuat, terget, perrupit) sed etiam totius sub-  
 stantiæ scorpionum proprietate, & vt loquuntur, forma  
 specifica, qua vñunque calculum renum & vesicæ frangit

illitum tantum lumbis, si in renibus est: si vero in vesicā, pubi, perinæo, & iniecta etiam tum pauca in meatum virarium.

**O**leum ex ranis refrigerat: ob id podagram & alias arthritidis species calidas mitigat: & incendium febrium ardentium fronti & temporibus illitum: quando etiam somnum conciliat. Capitum ranarum antiquarum selibra in vase vitro bene obturato, cum sextario dimidio olei sesamini coquitur ad capitum dissolutionem, ut oleum ex viperis.

Hoc oleum etiam hodie parant, ob id tantum, quod sit necessarium ad emplastrī de ranis compositionem a Ioanne Vigo descriptam. Podagræ calenti admouerūt quidam, sed nullo fructu. Neq; enim frigiditas in eo magna esse potest ab his capitibus coquendo coctione tam longa, & in oleo sesamino, alteratis. Rectius, meo iudicio, ranæ virides in sylvis crebrae, vnguibus reptantes in altissimas quasque arbores: & sub noctem brexantes (vox enim earum vñica est brex) oleo violato, vel omphacino, ad hos usus incoquerentur. Quas manibus viuas hodie ex more tenent ad refrigerium febre acuta aliqua ardentes, croissets, vulgo dictas, quarum meminisse videtur Gal. lib. 10. simpl.

Oleorum genus quartum a sapientibus multis scriptum, hodie chymistica arte magis perficitur, vim quandam in concreto & composito occultam manifestante. Hæc namq; ignis vehementia ex liquorib. gummis, resinis, melle, saccharo, cera, oleaginam quandam substantiam separat, & in capitellū attollit: nec minus ex plantis pinguibus, ligno guaiaci, juniperi, pini, larice, cedro, & id genus alijs: præterea ex plantaru, atq; adeo animalium partibus omnibus ipsum velut gluten terreæ substantiae, humorem insitum, pinguem, imputribilem maximè, ut ignis secretum nunc sursum attollit in capitella, vel utriculos, vel deorsum in subiectum aliquem catinum præcipitat: rem omnibus alijs

alijs remedij planè diuiniorem, si vñstadio in cælo philosophorum, & Gebero, & Veritati credimus: quanquam hodie sunt idiotæ quidam, magnorum tamen Medicorum nomine se venditantes, qui id ipsum cœu nugatorum calumniantur, ut alia propè omnia pulcherrima ipsis ignorata, solas (ut vocant) receptas scribere, nulla tamen ratione scientibus. Adde quod metalla quædam chymistis in calcē versa, in oleum funduntur. sunt qui terrea quoque corpora ut lateres ignitos oleo incoquunt, ut vires oleo ipsi præstantissimas acquirant. Ad Mes. redeamus.

**O** Lea per resolutionem variis fiunt modis, viriū sanè mirificarum. De quibus scribunt fusiūs, qui rerum occulta enim quædā manifestant & detegunt. Sapientestibi omnino legendi velut in ele & imitandi, si famæ illorum maximè es cupidus. Mihi verò menta sua Dei spiritus largitate & gratia, nunc pauca quædam, sed mirabilia illorum oleorum effecta percensere sufficiat.

**O** Leum de ouis experientia plurima probatum est cutim expurgare, impetiginem, serpiginem, & alia cutis vitia persanare, capillos regnare, vicera maligna & fistulosa curare. Vitelli ouorum elixando duratorum triginta, aut circiter, manibus friati, in sartagine terrea plumbata frigantur igni mediocri, mouendo cochleari ligneo, aut terreo, donec rubescant, & oleum ab his resoluatur, quod pressi cochleari largius remittent: vel iidē vitelli elixando indurati mola frangantur: deinde in offas tundantur, & torculari exprimantur, quale in oleo amygdalino explicuimus, & oleum destillabit: vel ipsi vitelli corpulento vasi imponantur, oleumque in capitellum ignis violentia tollatur, qualiter oleum philosophorum post dicendum.

**C**utis fæditatem mirè auferit, ac cicatrices, præcipue in ambustis relietas: ferè autem grauter olet: minus tamen postremum, sublimando destillatum. Pilos auget Serapioni in Antid. aurum, dentiū, sedis doloribus, & alijs plerisq; sedis affectibus, Rasi in Antid.

Oleum

## Oleum Ouorum Nicolai

*Vitellos ouorum elixorum frige igni lento prunarum  
in patella ferrea, semper mouendo rude ferrea, donec pro-  
be assentur, calidiss. linteo forti, oleo amyg. dul. madefac-  
to expime. Potest etiam alembico destillari, ut ol. phi-  
losoph. Mes. satius est Vitellos crudos frigere, cochleari,  
asiduè mouere, donec assati, & cochleari pressi, vase incli-  
nato reddant oleum, quod phiala conditum, etiam diu in-  
tegrum seruatur: ex viginti vitellis extrahes horis dua-  
bus uncias quatuor, aut circiter.*

**O** Leum ex frumento, impetigines, & cutis asperitates cu-<sup>10</sup>  
rat. Frumentum inter duas laminas ferreas mediocri-  
ter ignitas si prematur, hoc oleum remittit. Vel triticum ex-  
corticatum vase sublimationis destilletur, qualiter oleum phi-  
losophorum.

*Cutis asperitates à siccitate natas lenit, & humectat,  
& cæteras cutis infectiones emendat. Rasi etiam in An-  
tid. describitur.*

**O** Leum sinapinum salubre affectibus frigidis, lethargo  
obliuioni, dolori quem frigida intemperies parit. Fit vt <sup>20</sup>  
oleum de frumento.

*In usu est id oleum sed factum vt oleum amyg. Phæni-  
gmum, id est, rubrificationem, vt ipsum sinapi tritum in  
cute excitare potest.*

**O** Leum iuniperi emendat cutis infectiones, serpiginem,  
cancrum, vlcera maligna, qualia, que in tibiis & cruribus  
quorundam: malum mortuum recentiores vocant. Sermentis  
juniperi tenuibus vas vitratum oris angusti reple, laminæ fer-  
ri tenuæ foraminibus multis in cribri triticei modū pertusam  
ori toti applica, luta eandem cum ore tum dicti vas, tum alte-  
rius minoris etiam vitrati oleum excepturi, quod terre ybi in- <sup>30</sup>  
foderis, igne luculento maius alterū iuniperi frustula capiens,  
circunda horis duabus, sicq; oleum in vas minus destillabit.

*Hac arte oleum ex piners nucleis ad erugandam mulie-  
rū cutem, ex ligno Guaiaci, & poterius ex ligno sancto ad  
morbi*

*morbi Hispanici dolores ac vlcera (quibus & oleum iuniperi & genistæ, & fraxini, & similiū prodest) & lignis alijs, præsertim pinguibus, ac succulentis, ut fructibus, baccis, seminibus. Vas autem maius esse posse metallicum, aut si vitreum est, vel siliceum, probè totum luto sapientum muniatur: figulinum autem, quia rarum est, oleo foras exhalanti viam daret: ob id vitratum sit intus. Infernum autem vas ac receptorium vitreum esse potest, ambitu non luttatum, modo sit paulo crassius. Potest & metallicum: potest*

*denique terreum esse, modo sit vitratum: alioqui oleum id tenuissimum hac illac per vas poros diffueret. Multò minus fouea intra terram parietes terra figurari paratos habete (quod Mesue imperabat) recipi tuto id oleum posse. Adde quod neq; minus vas terræ infodere est necesse, si velut area aliqua possis carbones & ligna sustinere, quibus vas maius est circundandum.*

**O**leum fraxininum splenicos iuuat, præter id potest quæ oleum iuniperi, & eodem fit modo.

*Id oleum hypochondrio sinistro illitum, & potum, splenis obstruktiones potenter liberat, duritiem q; emollit, ac digerit.*

**O**leum ex gagate sacratum, dæmoniacis, epilepticis, paralyticis, spasmodicis, tetanicis, arthriticis, ab utero suffocatis saluberrimum: conceptumq; adiuuat. Fit ex gagatis lapidibus quomodo oleum iuniperi, vel sublimatione mox descendit.

*Gagates lapis ater, odore bituminis dum vritur, tumores in genu diuturnos dissipat, & sinus siccando contrahit: Gale. lib. 9.  
cruenta verò vlcera præcipue glutinat. Hic multus nobis est  
in corallis, maximè precarius: et ita magnus sape, ut salina  
mihi duo sint iustæ magnitudinis ex solido gagate. Cū au-  
tem eo sit multò vilius bitumen, & viribus aut ipsdem aut  
validioribus (ut ex gagatis Galeni bituminis commercio  
eum*

*simpl.*

eum odorem & fortasse reliqua sortitis colligere licet) ten-  
tari posset ex ipso oleum quod largius fluet, præsertim si re-  
cens est bitumen, cum ipsum sit terræ ipsius velut adeps, &  
olei vice vratur accolis lacus Asphaltitæ, & locorum alio-  
rum bituminosorum. An vero epilepsiam iuuare possit oleum  
istud, iure ambigi potest. Cum enim non ita tenuet ac dige-  
rat, sed utrumque mediocriter præstet, quid spei ab hoc esse  
possit, nisi siccando, aut sua tota substantia iuuare dicatur?  
Nam odore illo bituminis tetra epilepsiam magis prodat &  
myrrha, galbani, cornuum, vngularum, pellium capræ, & <sup>10</sup>  
hirci suffit, quod vero de demoniacis scribit Mesues, su-  
perstitiosum est: a Christianoq; homine alienum.

Oleum philosophorum (quod etiam oleum sapientiae, &  
perfecti magisterij, & benedictum, & diuinum, & san-  
ctum quidam vocarunt) veterum omnium consensu effe-  
ctibus secretis non paucis est efficacissimum. Nam calfacit, sic-  
cat, essentiæ tenuitate in altum penetrat, digerit. Proinde ma-  
teriam omnem excrementosam consumit. Ob id epilepsiae, pa-  
ralysi, vertigini, obliuioni, & lienis, renum, vesicæ, vteri, neruo-  
rum, articulorum omnium, & reliquarum partium neruosa- <sup>20</sup>  
rum doloribus frigidis maiorem in modum confert.

Oleum phi- { Naturale,      Minerale.  
losophorū.      Artificiale,      Subalbūm,  
                            Marinum,      Optimum.  
                            ex insulis &      Subrubru,  
                            scopulis,      medium.  
                            fluens na-      Subnigrum  
                            phtha dictū:      & crassum,  
    pessimum.

Arte vero sic fit: lateres ex terra rubente multum antiqua-  
tos in frusta comminutos carbonibus non fumantibus accen- <sup>30</sup>  
de, donec igniti rubeant: tunc concha, oleo rorismarini, vel an-  
tiquo claro plena extingue, & quoad eius fieri potest, oleo im-  
bue: siccata per se in casulis: post minutissime tere, & vase per  
sublimationem destillandū trade, luto chymistarum id cum  
capitello committe, carbonibus in fornace accensis coque do-  
nec oleum destillet in phialam vitreas, naso ino capitelli agglu-  
tina

tinatam, quam exactè obstructam reconde & serua: quanto  
enim antiquius, tanto valentius.

Oleum philosophorum, scilicet chymistarum, qui se suis  
scriptis vbiique & quotidiano sermone philosophos appelle-  
lant, & quod mireris, solos se philosophos affirmant, quod  
rerum maxime abditarum, & in terrae visceribus retru-  
sarum naturam scrutentur, metallorum in terra generan-  
dorum & augendorum rationem intelligat facultates cor-  
porum terreorum accuratissime vestigent, ipsaq[ue] corpora in  
elementa sua dissoluant, rem planè arduam, & operosam,  
sed si vbiique certa esset, omnino admirandam. Si enim quo  
difficilius rerum aliquarum pulcherrimarum & præstan-  
tissimarum est inuenit, eo sit præclarus, quis non videt  
eos laude cumulatissima dignissimos, qui nostris sensibus  
abscondita ex Plutonis regno sic eruunt in apertum maxi-  
mo non tantum sumptu, sed etiam valetudinis periculo?  
Quando hæc omnia ceu Plutonis antro effusa halitum edunt  
crassissimum, & omni viuo animali (si pyraustas exci-  
pis) pestilentem atque adeo plantis ipsis noxiū. Quārenz  
exemplis propè quotidianis chymistæ probat, & aurifices,  
& typorum literariorum fusores. Hi enim vapore hydrar-  
gyri, & aliorum tetro & crasso derepente suffocantur, aut  
paulatim vitiato cerebro neruorum maxima imbecillita-  
tem sustinent, nisi latiore infumibulo halitum foras educat,  
qui arbores propinquas velut fulmine afflatas tabescit. Sed  
in hoc hominum genere impositura hodie est omnium ma-  
xima, præsertim cū metallorum generationem & trāsfor-  
matiōnē corratis alicunde aureis, vel nummis, vel torqui-  
bus, dolo male frustra conantur. Sed de his fusis quām pro  
re proposita: satis in præsens sit nouisse aquas & olea chymi-  
starum industria singulari secreta maximarū esse virium,  
& essentiæ tam tenuis, ut olei cuiusdam gutta fortuitò il-  
lapsa

lapsa in lectum, stragula eius multiplicia & culcitrae momento penetrarit, afferesque fundum lecli sternentes usserit.

Oleum vero istud de lateribus tam tenuerit, ut momento latissime spargatur: si manui infundatur: eam citio penetret. Oleum balsami est multo tenuius, calidius, & in affectibus frigidis efficacius: vrinam mouet, lapidem frangit, vermes enecat, aurium tinnitui a flatu crasso, paralyse, spasmo cynico, ischiadi, gonagrae, podagrae, & ceterarum iuncturarum doloribus prodest, potum aut inunctum: sed parua eius portio aquae affectui aptae mixta bibatur. Fuisse vero Mesuenfactionis chymistarum studiosum, loca in Antidotario isto non pauca planè declarant: voces chymistis solennes, qualis est, perfectum magisterium, de suo lapide philosophico frequenter dici solitum, & sublimatio, & alembicum, & id genus alia. In montanis Mutinæ loco Gibium vocato, liquor certis temporibus manat (oleum montis Gibij vocant) in varia loca cum magna utilitate ipso recte intentum.

Manard.

Naphtha Babylonij est bituminis colamē album quoddam: aliud nigrum Dioscori. A Rasi in Antidotario & Albuchasi in libro qui seruitor inscribitur, ubi lateres no- uos, qui aquam nondum senserint, præfert, quia oleum melius imbibent, & eos in frusta vnicæ vnius diuidit, in vase vitro aut vitrato, sed probè lutato ita componit, ut eius pars tertia maneat vacua: & ignem oportet fieri primò leuiores, sed qui fundum vasis attingat: paulatim augeri, primo exibit aqua, deinde oleum per se colligendum, ut resinam, terebinthinam, lignum Guaiaci, & alia multa de- stillamus. Oleum etiam chamæm. & nardinum, etiæ bene- dictum dicitur Mesuæ: sed hoc præstantissimum, & qui- busdam petrelæum vocatur. sic ex ladano, cera, liquoribus, gummis, resinis, oïsibus, medullis, & alijs ut diximus, pin- gwi

gui humore abundantibus, potest sublimando trahi oleum.  
Calx integra oleo communi restinguatur, alembico vitreo  
destilleatur, manabit oleum nisi corrupto idoneum.

Oleum balsami Petri de Ebano cap. de cordis affectibus,  
loco veri opobalsami miscendum theriacæ, mithridatio, cur-  
cumæ aureæ Alexand. Recipit myrrhæ, aloës, spicæ nardi,  
sanguinis draconis, thuris, mumiæ, opopanaxis, bdellij, car-  
pobalsami, ammoniaci, sarcocollæ, croci, mastiches gummi  
Arabici, styracis liquidae, ana drachmas duas, ladani, succi  
castorei ana drachmas duas & semiss. moschi drachmam  
vnam & dimidiam: terebinthinæ pondus omnium tritis  
miscetur, alembico destillatur, ut aqua rosarum, seruatur.  
Succi illius cerosi, quo testes castoris abundat Diſcor. legere  
malo, quam cum quibusdam siccii. Tale enim exuccum &  
exanimatum est. Aliud earundem virium Gulielmi Pla-  
centini, myrrhæ, carpobalsami, nucis Indicæ ana vnci. di-  
mid. hyperici drachmas duas: tere leniter, misce olei vncias  
quinque, vel terebinthinæ vnciam vnam & dimidiam,  
& in fine moschi grana quinque: ambræ grana tria: olei de  
lateribus vnciam vnam: fiat ut oleum roſatum.

Oleum tartari Petri Argillata ad faciem  
tergendam & erugandam.

Tartarum dolij lateribus adhærens, album potius quam  
rub. pulueri catum, aceto maceretur, post inuoluatur panno  
lineo, & deinde stupis aqua humectatis, ponatur sub cine-  
ribus: deinde tribus diebus scutellæ imponatur declivi, de-  
stillabit humor quidam subrufus.

N 1 C. Oleum tartari lateribus dolio-  
rum adhærentis.

30 Tartarum id ex vino generoso tritum, linteolo inuolu-  
tum aceto albo forti bene madefac: sub cineribus calidis co-  
que, dum nigrescat: iterum tere, in vase inclinato serua

dies octo loco frigido, donec in oleum resoluatur. Id si non fit, exprime, & serua: eodem modo facit Mesues oleum ouerū. Satius est satius est calcinatum tartarum manicæ Hippocratis, ut marmoreim ponere, aut vocant, impositum, & loco frigido locatum sinere, donec in vitro placet. Vas subiectum fluxerit oleum. Oleum sulphuris sic fit: no, quia nisi sulphur ignem non expertum, vel flauissimum inter vren- bil olei ebibet sacculo inferne acu- so.

satius est calcinatum tartarum manicæ Hippocratis, ut marmoreim ponere, aut vocant, impositum, & loco frigido locatum sinere, donec in vitro placet. Vas subiectum fluxerit oleum. Oleum sulphuris sic fit: no, quia nisi sulphur ignem non expertum, vel flauissimum inter vren- bil olei ebibet sacculo inferne acu- so.

trea aut silicea. In qua ex vapore crasso oleum concretum

destillat in vas planum capax, in cuius medio sulphur va-

sculo conditum virutur. Alij strito sulphuri per aquam vi-

ta incensam ignea consumitur substania: post reliquum de-

stillatur ut oleum philosophorum. Alij sulphuris flavi, te-

rebinthinae ana vnc. tres: olei rosati lib. una coquunt igne

lento cum vini odori vnc. duabus ad vini consumptionem.

Oleum de hyperico mirabile: summatum hyperici vn-

ciæ tres infundantur triduo in vino odorifero. q.s. post coque

in vase dupli bene obstruto, fortiter exprime: hypericum

vouum similiter macera, coque, exprime: adde terebinthi-

nae vncias tres: olei antiqui vncias sex: croci script. coque ad

Lib. 5. simp. viniconsumptionem. Hoc oleum incerti autoris. Galenus 20

tamen vinum austерum, in quo folia androschœnū, vel a-

scyri (quaæ species sunt hyperici) cocta sint, vulnera etiam

grandia glutinare scribit, & hypericum calidum siccum

tenuium partium ischiadicis utiliter bibi quibusdam. Ex

quibus & reliquorum hic mistorum viribus, collige id

oleum roborare, digerere, & tenuare: ex substantijs enim

contrarijs componitur. Oleum de capparibus, Corticū rad.

capparis vncia una: ireos agriæ, tamaricis ana vnc. dimid.

olei communis libr. duæ coquantur in vini vncis quatuor,

ad vni consumptionem: coletur, condatur. splenem durum 30

Ole. muscæ innum. comminuit, su quotidiano probatis. Galeno acceptum fer-

tur in libr. ad Glauconem, ubi tamen non inuenitur. Oleum

mos

moschatum recipit olei communis libras sex, lilijs, folij, spicae,  
costi, mastiches ana vnciam vnam & dimidiam: styra-  
cis calamite, croci, myrrhae, casiae, ligneae, xylobalsami, ana  
drachmas sex: caryophyllorum, carpobalsami, bdellijs, ana  
vnciam dimidiam: nucis Indicæ drachmas duas: moschi  
drachmam vnam: vini odoris vncias sex: coque in vase  
duplici, trita leuiter omnia ad vini consumptionem. Mo-  
schum tacuit Manlianus, a quo tamen vocatum ait, dicit-  
que coquendum ad aquæ consumptionem: cum tamen aquæ  
in descriptione non faciat mentionem, sed mucilaginis  
vnciam vnam, vel drachmam vnam: res planè incerta,  
male item tribuit Galeni Antidotario. Id oleum pomis  
odoratis cogendis est aptissi. adhæc roborat, calfacit resolutum.

Oleum castorei ad frigidos affectus parium omnium,  
præsertim neruofarum, ex castorei, styracis, galbani, eu-  
phorbijs, casiae, croci, opepanacis, carpobalsami, spicæ nardi,  
costi, ana drachmis duabus: cyperi, schœnu anthis, piperis  
longi & nigri, sabinæ, pyrethri, ana drachmis duabus &  
dimidia: olei lib. quatuor. vini albi & boni lib. duabus coq;  
omnia ad vini consumptionem, exprime, serua.

Oleum iasminum moderatè digerit, odore est iucundo: Oleum sam-  
fit ex vncijs duabus florum iasmenerorum in olei lib. vna in-  
solatis dies quinque: coque igni lento, exprime, serua phia-  
la vitrea, vel silicea.

Oleum ad puerorum tormenta expertum olei anethi  
& chamæeli ana vncias sex: olei rutæ, myrrhae, sta-  
etes, ana vncias tres: pul. cymini, vncias duas: semel ferue-  
fiat, coletur, seruetur. Atramentum vulgare fit ex aquæ  
bocalibus sexagintaquatuor, gallæ tritæ libris sex coctis ad  
30 dimidijs consumptionem: tunc adde gummi Arabici libras  
quatuor: chalcanthi triti libras tres misce. Atramen-  
tum sutorium, quo hodie sutores & coriorum concinnato-

res coria mox denigrant, dolia decocto furfuris calente, aut secundo feruefacto magmatis cereuisiæ implent, miscente ferramenta rubiginosa, scoriam ferri, gallam, chalcathum, & id genus alia: post dies octo aut circiter inspersum corio mox siccatur, & denigrat.

## SECTIO DECIMA, DE VNGVEN-

T I S.



*V*NGVENTVM ab utendi modo vocatum est, quia partibus affectis inunctum & illitum diutius ob crassitatem & lentorem hæret, quam oleum, tamen sunt proxima: ob id laurinum <sup>10</sup> vel oleum, vel vnguentum manis nominare bis lib. 1.c. ph. p. in alopecia, & vnguentum oleum-ve melinum, &c. tamen oleum rosatum ab vnguento ro-sato separat lib. 3 simp. cap. ult. Nam oleum rosaceum est, cui odoramenta non sunt iniecta. Cui autem odoramentorum aliquid iniectum est, non oleum, sed vnguentum cognominant: hæc Gal. Vnguentum tamen etiam cum cerato magna habere affinitatem docet Gal. lib. 4 sanit. tuendæ. Quodcumq; (inquit) oleum, cui medicamenta alia, ut betæ albæ radix & similia incocta vires & qualitatem suam <sup>20</sup> tradiderint, vnguentum fiet, si in id, ut loco melius hæreat, inieceris vel ceræ solius partem quartam, vel etiam resinæ partem duodecimam, vel strobylinam, pineam, abietinam, terebinthinam, aut humidam vini resinam, aut eam, quæ in fistilibus habetur, aut q; svk; sp; id est frixam.

**V**Nguentum palmeum ad vulnera cruenta, tumores pestilentes, & exituras, vsta, rupta, contusa, & inde nata